This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# PROPHETAE MAJORES,

IN

DIALECTO LINGUAE AEGYPTIACAE

MEMPHITICA SEU COPTICA.

EDIDIT CUM

VERSIONE LATINA

HENRICUS TATTAM, S.T.P.

SOCIET. REG. LOND. SOC.

NECNON ECCLESIAE APUD STANFORD RIVERS RECTOR, ET BEDFORDIAE ARCHIDIACONUS.

TOMUS I.

BODLEIANA BIBLIOTHECA

OXONII:

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

M.DCCC.LII.

Clar. Press
1. c. 15.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO ILLUSTRISSIMO

FRANCISCO DUCI BEDFORDIENSI,

EQUITI PERISCELIDIS AURATAE,

QUEM PROPTER

BENEVOLENTIAM COMITATEM ET BENEFICENTIAM

OMNES LAUDANT,

HOC OPUS, QUALECUNQUE SIT, AB EO MAXIME ADJUTUM

GRATI ANIMI ERGO

D. D. D.

HENRICUS TATTAM.

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRAEFATIO.

PROPHETARUM majorum libri in Dialecto Coptica vel potius Memphitica quos diu edere cogitavi, nunc primum, ut credo, in lucem prodeunt.

I. Schedas Isaiae Jeremiae et Lamentationum, quo tempore in Aegypto commorabar, è Codice Copto-Arabico, in folio ut aiunt, eodem pulchro sed non antiquo, in Bibliotheca Episcopi Ecclesiae Latinae apud Cairenses adservato, transcripsi. Apographum meum cum Manuscripto vetustissimo in Bibliotheca Patriarchae Alexandrini, quem ipse mihi consulendum perhumaniter concessit, sedulò et diligenter comparavi. Isaiae exemplar a me diligenter comparatum est cum Codice penes virum honorabilem R. Curzon: textus item Jeremiae et Lamentationum cum Codice eximio interpretatione Arabica adaucto, quem mihi illustrissimus Dux Northumbriae humanissime donavit.

Locus de Messiae proditione quem S. Matthaeus cap. xxvii. v. 9, 10. citavit, in supradictis Codicibus non exstat, quanquam in multis Codicibus Precum Ecclesiae Copticae reperiri possit, in Manuscripto scilicet Musei Britannici, numero 5997 signato, et in Manuscripto penes me pro septem diebus Paschatis Sancti, e quo locum hic transcripsi.

Digitized by Google

ⲓⲉⲣⲉⲙⲓⲁⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲓ̅ⲃ̅.

ⲡⲁⲗⲓⲛ ⲟⲛ ⲁϥϫⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲓⲉⲣⲉⲙⲓⲁⲥ ⲛ̀ⲗⲁϥⲁϧϣⲟⲩⲣ (ⲙ̀ⲡⲁⲥϫⲱⲣ M. B.) ϫⲉ ⲁ̀ⲣⲉⲧⲉⲡⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲛⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲧⲉⲛⲓⲟϯ ⲧⲉⲧⲉⲛϯ ⲉ̀ϩ̀ⲣⲉⲛ ϯⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲧⲉⲛϣⲏⲣⲓ ⲉⲑⲛⲁⲓ̀ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲑⲏⲛⲟⲩ ⲛⲁⲓ ⲉⲑⲛⲁⲓ̀ⲣⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲁ̀ⲛⲟⲙⲓⲁ̀ ⲉ̀ⲥⲱⲣⲉϩ̀ ⲉ̀ϩ̀ⲟⲧⲉ ⲑⲏⲛⲟⲩ ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲱⲟⲩ ⲉⲑⲛⲁϯ ϯⲙⲏ ϧⲁ ⲫⲏⲉ̀ⲧⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ϯⲙⲏ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲟⲩⲟϩ̀ ⲉⲩⲉ̀ⲉⲣϩ̀ⲗⲁⲡⲧⲓⲛ ⲙ̀ⲫⲏⲉⲧⲧⲁⲗϭⲟ ⲛ̀ⲛⲓϣⲱⲡⲓ ⲟⲩⲟϩ̀ ⲉ̀ϫⲁ ⲡⲟϩⲓ ⲉ̀ϩ̀ⲟⲗ ⲟⲩⲟϩ̀ ⲉ̀ϭⲓ ⲛ̀ϯϫ̅ ⲛ̀ϩ̀ⲁⲧ ⲉⲧϯⲙⲏ ⲙ̀ⲫⲏⲉ̀ⲧ ⲟⲩⲛⲁⲧⲛⲓϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲡϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲥϫ̅ ⲟⲩⲟϩ̀ ⲉ̀ⲧⲛⲓⲥ ϧⲁ ⲡⲓⲟ̀ϩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲕⲉⲣⲁⲙⲉⲩⲥ ⲙ̀ⲫ̀ⲣⲏϯ ⲉ̀ⲧⲁϥⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩ̀ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲛⲁⲥⲁϫⲓ ⲥⲉⲡⲁⲓ̀ ⲉ̀ϩ̀ⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩϩ̀ⲁⲡ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲕⲟ ϣⲁ ⲉ̀ⲡⲉϩ̀ ⲡⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲟⲩϣⲏⲣⲓ ⲉⲑⲃⲉ ϫⲉ ⲁⲩϩ̀ⲓⲟⲩⲓ̀ ⲡⲟⲩⲥ̀ⲡⲟϥ ⲛ̀ⲁⲑⲡⲟⲃⲓ ⲉ̀ⲡ̀ϩ̀ⲁⲡ.

" Iterum dixit Jeremias Pashori (Lafachshour), Eri-
" tis aliquando cum patribus vestris repugnantes veri-
" tati, et filii vestri venturi post vos, isti facient
" iniquitatem magis abominandam quam vos. Nam
" ipsi dabunt pretium pro eo, cui nullum est pretium.
" Et nocebunt ei qui sanat morbos, et in remissionem
" peccatorum. Et accipient triginta argenteos in pre-
" tium ejus quem tradent filii Israelis. Et ad dandum
" id, pro agro figuli, sicut mandavit Dominus. Et ita
" dicent; Veniet super eos judicium perditionis in
" aeternum, et super filios eorum, quia condemnave-
" runt sanguinem innocentem."

" Haec pericopa de triginta argenteis," Woidius dicit, " vix alibi, quam ad finem cap. xx. collocari " potuit;" sed Tukius eam refert ad cap. xx. v. 4.

Digitized by Google

Narrat vir reverendus Georgius, ordinis Augustinianorum Generalis, Esaiam et Jeremiam in lingua Coptica scriptos, in Bibliotheca Collegii de Propaganda fide integros extare; ipse tamen Romae agens neque Jeremiam neque Isaiam invenire potui.

II. Liber Copticus Ezecielis è Codice in Bibliotheca Nationali Parisiensi exaratus, primum cum exemplari Josephi Bardelli, Linguarum Sanscritae et Copticae in Pisano Athenaeo Professoris, a me collatus est, et novissimè cum Codice Johannis Lee LL.D. Armigeri de Hartwell. Praeter eos nullum Ezecielis Codicem neque in Aegypto neque alibi inveni, et Presbytero Coptico, quo tempore apud Cairenses eram, concessi ut in usum Patriarchae à manuscripto, quem è Codice Parisiensi transcriptum adportaveram, exemplar conficeret.

Codicem manuscriptum Parisiensem Ezecielis Woidius ita descripsit: " Egregium hoc est exemplar, in " folio, magna industria et eleganter in charta bom- " bycina, pro Domo Patriarchali, ut nota Arabica " monet, descriptum. Versio Arabica textui Aegypti- " aco per integrum codicem ad marginem adjecta est. " Scriptus est hic Codex anno Christi 1404 vel 1414*, " anno martyrum 1120 (ⲁ̅ⲣ̅ⲕ̅), ultimi enim numeri " partem vermes mutilaverunt, adeo ut quae sit litera " nunc certo non constet †. Descripsi hunc Codicem

* Prima manu scripsit Woidius, ut videtur, 1400 vel 1410.

† An ⲕ̅, an ⲛ̅, an alia quaevis litera.

Digitized by Google

" praestantem cum essem Parisiis, et posthaec cum " LXX Interpretibus contuli. In his capitulis, quae " de Templi aedificio agunt, miram deprehendi varie- " tatem, quam et è rerum narratarum natura, ac " dimensionum, numerorum locorumque frequenti " repetitione, et Scribarum incuria ortam esse ex- " istimo." Ad id quod supra dictum est addam, incuriam scribarum in locis multis evidentèr existere.

III. Textum Copticum Libri Danielis è Codice Bibliothecae Nationalis Parisiensis exscripsi, qui, ut Ascarius annotavit, anno 1071 Hegirae exaratus est. Apographon meum cum Codice alio, et quidem recentiori, in Aegypto contuli; et demum cum Codicibus duobus, quos ipse deportavi, quorum unus bombycinus Copto-Arabicus in folio est, neque vero antiquissimus; alter Copto-Arabicus in quarto et recenter transcriptus.

Liber Prophetae Danielis in Codicibus Copticis sequitur divisiones apud Graecos usitatas; sicut etiam in Codicibus Alexandrino et Vaticano reperitur. Codices Coptici in tredecim visiones Danielem dividunt, quarum Susannae Historia prima est visio; secunda Susannae Historiam sequitur, et ad initium capitis primi ponitur; visio tertia ad principium capitis secundi collocatur; quarta caput iii. ad ver. 30, et Canticum trium puerorum complectitur. Visio quinta cap. iii. à ver. 31 ad 33, et cap. iv; sexta cap. v. à ver. 1 ad 29; septima cap. v. ver. 30 et 31, et cap. vi; octava cap. vii; nona cap. viii; decima cap. ix;

Digitized by Google

undecima cap. x. xi. xii. complectuntur. Visio duodecima historiam Belis continet; decima tertia de Dracone Babylonico tractat; et ad calcem ejus visio decima quarta adjicitur, quae apocrypha pro certo est; et ut Cl. Bonjour existimat, "Nihil aliud est quam "aequo liberior paraphrasis visionis quatuor bestia-"rum, quibus quatuor regna designantur." *In Monumentis Copticis Romae editis*, p. 25.

Restat, opere ad finem perducto, ut maximas gratias agam illustrissimo Duci Northumbriae pro ejus erga me munificentia; necnon honorabili R. Curzon, Johanni Lee LL. D. Armigero, et Professori J. Bardelli, qui Codices suos mihi volvendos liberaliter permiserunt.

*Dabam* VII. *Cal. Sept.*
M.DCCC.LI.



Digitized by Google

*Errata quaedam sic corrigenda:*

## VOL. I.

Esai. i. 4. nequam filii; ver. 9. Gomorrhae; ver. 15. Satietati; ver. 21. justitia.—ii. 7. thesauris; ver. 10. in terra.—v. 5. direptionem; ver. 6. fodietur.—vi. 2. volabant.—vii. 3. ad; ver. 4. ab his; ver. 15. dominabitur; ver. 24. Illi enim.—viii. 21. loquemini.—ix. 5. fuerint.—xi. 14. eis.—xiii. 15. erunt.—xiv. 9. fuerunt.—xvi. 1. torcularibus tuis.—xvii. 10. plantam; ver. 11. possederis.—xviii. 7. aeternitatis.—xix. 5. Jordanes.—xx. 1. l. 2. eum.—xxi. 2. iniquus iniquè.—xxiv. 8. tympanorum.—xxvii. 1. mari; ver. 11. clementiâ utetur.—xxviii. 3. conculcabuntur coronae; ver. 9. abacti—abstracti; ver. 14. Domini, viri; ver. 26. erudiêris.—xxix. 16. l. 2. fictum fictori.—xxx. 33. profundam.—p. 121. *nota,* Versio .... *patiens.*—xxxi. 4. rugit.—xxxii. 6. disperdat; ver. 19. campestribus.—xxxiii. 19. profundum.—xxxiv. 4. ceu.—xxxvii. *nota,* Arabicus; ver. 38. patriarcham.—xlii. 25. animam suam.—xlviii. 18. mandatis meis.—xlix. 2. sagittam.—lxiii. 1. sua.—lxiv. 10. maledictio.—lxvi. 8. aut si nata est.

Jerem. xiii. 27. alienatio.—xvi. 12. aeneum.—xxiii. 3. dispersistis.—xxviii. 27. tollite.—xxix. 16. cavernis.—xxxi. 11. effusus est.—xxxvi. 26. praeses.—xxxvii. 6. tenent.

## VOL. II.

Ezec. v. 6. iniquae.—vi. 6. destruentur.—viii. 10. descripta.—xii. 9. Quid.—xiii. 15, 16. sunt Prophetae .... pax?—xiv. 21. meae.—xxi. 9. Gladie.—xxviii. 10. peribis.—xxx. 3. Pharaonem, draconem.—xxxix. 21. notam.—xl. 9. ejus, erat.—xliii. 12. Scribe eu.—xlv. 6. *istius.*—xlviii. 17. separatum.

Dan. xi. 10. ingredietur; ver. 26. obruet.—xiii. 30. stellae omnes.—Cant. Azar. 39. tollat.

Digitized by Google

# LIBER ESAIAE PROPHETAE

## IN LINGUA COPTICA

## CUM TRANSLATIONE LATINA.



Digitized by Google

# ⲚⲤⲀⲚⲀⲤ.

## Кеф. ⲁ̅.

ⲁ̅. Ϯϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ⲉ̀ⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲛ̀ⲥⲁⲛⲁⲥ ⲛ̀ϣⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲁ̀ⲙⲱⲥ ⲑⲛⲉ̀ⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ϧⲁ ϯⲓⲟⲩⲁⲉ̀ⲗ ⲛⲉⲙ ϧⲁ ⲓ̀ⲗⲏⲙ̅ ϧⲉⲛ ⲉ̀ⲙⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲟ̀ⲥⲓⲁⲥ ⲛⲉⲙ ⲓⲱⲁ̀ⲑⲁⲙ ⲛⲉⲙ ⲁ̀ϫⲁⲥ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲍⲉⲕⲓⲁⲥ ⲡⲛⲉ̀ⲧⲁⲩⲉ̀ⲣⲟⲩⲣⲟ ϧⲉⲛ ϯⲓⲟⲩⲁⲉ̀ⲗ.

ⲃ̅. ⲥⲱⲧⲉⲙ ϯⲫⲉ ⲟⲩⲟϩ ⲥⲓ̀ⲥⲙⲏ ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲧⲁϥⲥⲁϫⲓ ϩⲁⲡϣⲛⲏⲓ ⲁⲓϫ̀ⲫⲱⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓϭⲁ̀ⲥⲟⲩ ⲛ̀ⲑⲱⲟⲩ ⲁⲉ ⲁⲩⲉⲣⲁ̀ⲑⲉⲧⲓⲛ ⲉ̀ⲙⲙⲟⲓ.

ⲅ̅. ⲁ̀ ⲟⲩⲉ̀ϩⲉ ⲥⲟⲩⲉⲛ ⲫⲏⲉ̀ⲧⲁϥϣⲟⲡϥ ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲉ̀ⲱ̀ ⲁϥⲥⲟⲩⲉⲛ ⲫⲟⲩⲟⲡϩϥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥⲥ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲥ̅ⲗ̅ ⲁⲉ ⲉ̀ⲙⲡⲉϥⲥⲟⲩⲱⲛⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲗⲁⲟⲥ ⲉ̀ⲙⲡⲉϥⲕⲁϯ ⲉ̀ⲣⲟⲓ.

ⲇ̅. ⲟⲩⲟⲓ ⲉ̀ⲙⲡⲓϣ̀ⲗⲟⲗ ⲛ̀ⲣⲉϥⲉⲣⲡⲟⲃⲓ ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ ⲉⲑⲙⲉϩ ⲛ̀ⲁ̀ⲙⲁⲣⲧⲓⲁ̀ ⲛ̀ϫ̀ⲣⲟⲭ ⲉ̀ⲙⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲛ ⲡⲓϣⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲁ̀ⲡⲟⲙⲙⲟⲥ ⲁ̀ⲣⲉⲧⲉⲛϫⲁ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲥⲁ ⲑⲏⲡⲟⲩ ⲡⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲥ̅ⲗ̅ ⲁ̀ⲣⲉⲧⲉⲛϯϫⲱⲛⲧ ⲡⲁϥ.

ⲉ̅. ⲟⲩⲟⲛ ⲛ̀ⲉⲣϧⲟⲧ ⲉ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁϭⲓ̀ⲧϥ ⲉ̀ⲣⲉⲧⲉⲛⲧⲟⲩⲉ ⲁ̀ⲡⲟⲙⲙⲓⲁ̀ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲁ̀ⲡⲟⲙⲙⲓⲁ̀ ⲁ̀ⲫⲉ ⲡⲓⲃⲉⲛ ⲉ̀ⲡⲉⲙⲙⲕⲁϩ ⲟⲩⲟϩ ϩⲏⲧ ⲡⲓⲃⲉⲛ ⲉ̀ⲡⲉⲙⲙⲕⲁϩⲛ̀ϩⲏⲧ.

ϛ̅. ⲓⲥϫⲉⲛ ⲟⲩⲁ̀ⲫⲉ ϣⲁ ⲡⲓⲥⲁⲗⲁⲧϫ ⲛ̀ⲟⲩⲫⲱⲗϩ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲟⲩⲁⲉ ⲟⲩⲗⲉϫⲏⲙⲙⲓ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲟⲩⲁⲉ ⲟⲩⲉⲣϧⲟⲧ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲉⲧϧⲙⲙⲟⲙ ⲙⲙⲁⲗⲁϫⲙⲙⲁ ⲉ̀ⲧⲏⲓϥ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲟⲩⲁⲉ ⲟⲩⲡⲉϩ ⲟⲩⲁⲉ ⲟⲩⲙⲙⲟⲩⲣ.

ϛ̅. ⲡⲉⲧⲉⲡⲕⲁϩⲓ ⲉϥⲉ̀ϣⲱϥ ⲡⲉⲧⲉⲡϫⲱⲣⲁ ⲉⲧⲉ̀ⲟⲩⲟ̀ⲙⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲧⲉⲡⲙ̀ⲑⲟ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲡⲉⲧⲉⲡⲃⲁⲕⲓ ⲉⲧⲉ̀ⲣⲟⲕϩⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓϫ̀ⲣⲱⲙ ⲁϥϣⲱϥ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲱϫⲡ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲡⲗⲁⲟⲥ ⲛ̀ϣⲉⲙⲙⲟ.

ⲏ̅. ⲉⲧⲉ̀ϥⲱϫⲡ ⲛ̀ⲧ̀ϣⲉⲣⲓ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲙⲁⲛⲁ̀ⲣⲉϩ ⲛ̀ϫⲓⲭⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲃⲟⲛϯ ⲡⲉⲙ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲥ̀ⲕⲩⲛⲏ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲓϩϩⲁ̀ⲗⲟⲗⲓ ⲡⲉⲙ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲃⲁⲕⲓ ⲉⲧϣⲱⲗ ⲙ̀ⲙⲟⲥ.

ⲑ̅. ⲉ̀ⲃⲏⲗ ϫⲉ ⲁ̀ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲥⲱϫⲡ ⲡⲁⲡ ⲛ̀ⲟⲩϫ̀ⲣⲟⲭ

Digitized by Google

# ESAIAS.

## CAP. I.

1. Visio quam vidit Esaias filius Amos, quam vidit contra Judaeam et contra Jerusalem, in regno Osiae, et Joatham, et Achaz, et Ezechiae, qui regnaverunt in Judaea.

2. Audi, coelum, et ausculta, terra, quia Dominus locutus est: filios genui, et eos exaltavi, ipsi autem spreverunt me.

3. Cognovit bos possessorem suum, et asinus cognovit praesepe domini sui: Israel autem me non cognovit, et populus meus me non intellexit.

4. Vae gens peccatrix, populus plenus peccati, semen nequam filii scelesti: dereliquistis Dominum, irritavistis Sanctum Israelis.

5. Plaga est quam accipitis, addentes iniquitatem ad iniquitatem: omne caput in dolore *est*, et omne cor in moerore *est*.

6. A capite usque ad pedes, non est *in eo sanitas:* neque vulnus, neque vibex, neque ulcus aestuans est. Non malagma impositum est, neque oleum, neque ligamentum.

7. Terra vestra desolabitur, regiones vestras coram vobis alieni devorabunt, civitates vestrae igne succendentur: desolata est, et subversa à populis alienis.

8. Derelinquetur filia Sion tanquam pomarum custodia in cucumerario, et quasi tabernaculum in vinea, et quasi civitas, quae vastatur.

9. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen,

Digitized by Google

ⲛⲉⲓⲉⲟⲛⲉⲓ ⲡⲉ ⲁⲡⲉⲣ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲥⲟϫⲟⲙⲙⲁ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲡⲓ̀ⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲙⲙⲟⲣⲣⲁ ⲡⲉ.

ⲓ̅. ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲛ̀ⲥⲁϫⲓ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲁⲣⲭⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲥⲟϫⲟⲙⲙⲁ ⲙⲙⲁϩⲟⲛⲧⲉⲛ ⲉ̀ⲫ̀ⲡⲟⲙⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲫϯ ⲫ̀ⲗⲁⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲟⲙⲙⲟⲣⲣⲁ.

ⲓ̅ⲁ̅. ⲉ̀ⲣⲉ ⲟⲩ ⲛⲏⲓ ⲙ̀ⲡⲁϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲧⲉⲛϣⲟⲩϣⲱⲟⲩϣⲓ ⲡⲉϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϯⲙⲙⲉϩ ⲛ̀ϭ̀ⲗⲓⲗ ⲛ̀ⲱⲓⲗⲓ ⲟⲩϩⲓⲛⲃ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲡⲱⲓⲗⲓ ⲡⲉⲙ̀ ⲡⲥⲛⲟϥ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲡⲃ̀ⲁⲣⲓⲛⲧ ⲡⲉⲙ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲡⲙⲙⲁⲥⲓ ⲛ̀ϯⲟⲩⲁ̀ϣⲟⲩ ⲁⲡ ⲡⲉϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅.

ⲓ̅ⲃ̅. ⲛⲓⲙ̀ ⲡⲉⲧⲁϥⲕⲱϯ ⲛ̀ⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲉⲧⲉⲛϫⲓϫ.

ⲓ̅ⲅ̅. ⲫⲛⲉⲧⲓ̀ⲛⲓ ⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲉⲙⲙⲉϩⲁⲗⲓⲟⲛ ⲟⲩⲉ̀ⲫ̀ⲗⲏⲟⲩ ⲛⲏⲓ ⲡⲉ ⲟⲩⲥ̀ⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ ⲟⲩⲱ̀ⲣⲉⲃ̀ ⲛⲏⲓ ⲡⲉ.

ⲓ̅ⲇ̅. ⲡⲉⲧⲉⲛⲛⲏⲥⲧⲓⲁ̀ ⲙⲙⲉⲙ ⲡⲉⲧⲉⲛⲥⲟⲩⲁⲓ ⲙⲙⲉⲙ ⲡⲉⲧⲉⲛⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ϣⲁⲓ ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ⲙⲙⲟⲥϯ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲡⲉⲧⲉⲛⲕⲱⲣϥ ⲙⲙⲉⲙ ⲡⲉⲧⲉⲛⲥⲁⲃ̀ⲃⲁⲧⲱⲛ ⲙⲙⲉⲙ ⲡⲉⲧⲉⲛⲥⲟⲩⲁⲓ ϯⲡⲁⲉⲣⲁ̀ⲡⲉϫⲉⲥⲟⲉ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲁⲡ.

ⲓ̅ⲉ̅. ⲉ̀ϣⲱⲛ ⲁⲣⲉⲧⲉⲛϣⲁⲛⲫⲱⲣϣ ⲛ̀ⲡⲉⲧⲉⲛϫⲓϫ ⲉ̀ⲛ̀ϣⲱⲓ ϩⲁⲣⲟⲓ ϯⲡⲁⲫⲱⲛϩ ⲙ̀ⲡⲁϩⲟ ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲙⲙⲉⲱⲧⲉⲛ ⲉ̀ϣⲱⲛ ⲁ̀ⲣⲉⲧⲉⲛϣⲁⲛⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲉⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲁ̀ϣⲁⲓ ϯⲡⲁⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲱⲧⲉⲛ ⲁⲡ ⲁ̀ⲣⲉⲧⲉⲛϣⲱⲛⲓ ⲛⲏⲓ ⲉⲧⲥⲓ ⲛⲉⲧⲉⲛϫⲓϫ ⲥⲉⲑⲱⲗⲉⲃ̀ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛ̀ⲥⲛⲟϥ.

ⲓ̅ⲍ̅. ϫⲉⲕⲉⲙ ⲑⲏⲛⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲙⲙⲁⲧⲟⲩⲃⲉ ⲑⲏⲛⲟⲩ ⲱ̀ⲗⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲡⲟⲛⲏⲣⲓⲁ̀ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲉⲧⲉⲛⲯⲩⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲉⲙⲙⲟ ⲛ̀ⲛⲁⲃⲁⲗ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲟⲩⲟϩ ⲙⲙⲁⲧⲁⲗϭⲉ ⲑⲏⲛⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲉⲧⲉⲛⲡⲟⲛⲏⲣⲓⲁ̀.

ⲓ̅ⲏ̅. ϭⲓⲥ̀ⲃⲱ ⲉ̀ⲓ̀ⲣⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲡⲉⲑⲏⲁⲡⲉϥ ⲕⲱϯ ⲛ̀ⲥⲁ ⲟⲩϩⲁⲡ ⲡⲟϩⲉⲙ ⲙ̀ⲫⲛⲉⲧϭⲏⲟⲩⲛ̀ϫⲟⲛⲥ ⲙⲙⲁϩⲁⲡ ⲉ̀ⲟⲩⲟⲣⲫⲁⲛⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙⲙⲁⲑⲙⲙⲁⲓⲉ ⲟⲩϫⲏⲣⲁ.

ⲓ̅ⲑ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ⲙⲙⲱⲓⲛⲓ ⲙⲙⲁⲣⲉⲛⲥⲁϩⲱⲛ ⲡⲉϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ϣⲱⲛ ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲉⲧⲉⲛⲛⲟⲃⲓ ⲟⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲫⲟⲓⲛⲓⲕⲟⲧⲙⲙ ⲉⲓⲉ̀ⲑⲟⲣⲟⲧⲟⲩⲃⲁϣ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩϫⲓⲱⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ϣⲱⲛ ⲉⲧⲟⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲕⲕⲟⲥ ϯⲡⲁⲑⲣⲟⲧⲟⲩⲃⲁϣ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲟⲣϯ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲃϣ.

ⲓ̅ⲑ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ϣⲱⲛ ⲧⲉⲧⲉⲛⲟⲩⲱϣ ⲟⲩⲟϩ ⲧⲉⲧⲉⲛⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲱⲓ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ ⲉ̀ⲣⲉⲧⲉⲛⲟⲩ̀ⲙⲙⲟⲩ.

Digitized by Google

quasi Sodoma facti essemus, et Gomorrha similes essemus.

10. Audite verbum Domini, principes Sodomorum; attendite legi Dei, populus Gomorrhae.

11. Quanti fuit mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arietum, et agnorum adipe; et sanguinem hircorum, et taurorum nolo, dicit Dominus.

12. Quis quaesivit haec de manibus vestris.

13. Similam siquis offert mihi, vanum mihi est; incensum abominatio est mihi.

14. Jejunia vestra, et neomenias vestras, et dies magnos festos vestros anima mea odit. Otia vestra, et sabbata vestra, et neomenias vestras non feram.

15. Cùm expanderitis manus vestras ad me, avertam faciem meam à vobis: *et* cùm multiplicaveritis orationem vestram, non exaudiam vos: facti estis mihi satiete: manus *enim* vestrae sanguine polluentur.

16. Lavate vos, et mundi estote; auferte mala ex animabus vestris de conspectu oculorum meorum, et desistite a malitiis vestris,

17. Discite benefacere: quaerite judicium, liberate oppressum, judicate pupillo, et justificate viduam.

18. Et venite, disceptemus, dicit Dominus: et si peccata vestra fuerint quasi phoeniceum, quasi nivem dealbabo ea: et si fuerint quasi coccinum; quasi lanam albam, ea dealbabo.

19. Et si volueritis, et audiveritis me, bona terrae comedetis.

Digitized by Google

ⲕ̅. ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲁⲉ ⲉ̀ⲣⲉⲧⲉⲛϣ̀ⲧⲉⲙⲙⲟⲩⲱϣ ⲟⲩⲁⲉ ⲧⲉⲧⲉⲛϣ̀ⲧⲉⲙⲙⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲱⲓ ⲟⲩⲥⲛϥⲓ ⲉⲥⲉ̀ⲟⲩⲉⲙ ⲟⲛⲡⲟⲩ ⲣⲱϥ ⲅⲁⲣ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲧⲁϥⲥⲁⲭⲓ ⲛ̀ⲡⲁⲓ.

ⲕⲁ̅. ⲡⲱⲥ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲡⲟⲣⲡⲏ ⲛ̀ⲭⲉ ϯⲃⲁⲕⲓ ϯⲡⲓⲥⲧⲏ ⲥⲓⲱⲛ ⲟⲛⲉⲟⲙⲉϩ ⲛ̀ϩⲁⲡ ⲟⲛⲉ̀ⲧ ⲁ ϯⲙⲙⲉⲟⲙⲛⲓ ⲉⲡⲕ̀ⲟⲧ ⲛ̀ϧⲏⲧⲥ ϯⲡⲟⲩ ⲭⲉ[a] ϩⲁⲡⲣⲉϥϧⲱⲧⲉⲃ̀.

ⲕⲃ̅. ⲡⲉ ⲡⲟⲩϩⲁⲧ ⲟⲩⲁ̀ⲗⲟⲕⲓⲙⲟⲛ ⲡⲉ ⲡⲉⲧⲉⲡⲕⲁⲡⲏⲗⲟⲥ ⲥⲉⲙⲙⲟⲩⲭⲧ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲣⲡ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ.

ⲕⲅ̅. ⲡⲉⲁⲣⲭⲱⲛ ⲥⲉⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲥⲉⲟⲓ ⲛ̀ϣ̀ϥⲏⲣ ⲉ̀ⲡⲓⲣⲉϥϭⲓⲟⲩⲓ̀ ⲉⲩⲙⲉⲓ ⲛ̀ⲡⲓⲁ̀ⲱⲣⲟⲛ ⲉⲩϭⲟⲭⲓ ⲛ̀ⲥⲁ ⲟⲩϯϣⲉⲃⲓⲱ̀ ⲛ̀ⲥⲉϯϩⲁⲡ ⲁⲛ ⲉ̀ⲟⲩⲟⲣϥⲁⲡⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉϯ ⲛ̀ϩⲟⲛⲟⲩ ⲁⲛ ⲉ̀ⲛ̀ϩⲁⲡ ⲛ̀ⲟⲩⲭⲏⲣⲁ ϩⲱⲥ ⲁⲉ ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲭⲉ ⲟⲩⲟⲣϥⲁⲡⲟⲥ ⲉⲩϣⲱⲗ ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲭⲏⲣⲁ ⲉⲩϩⲱⲗⲉⲙ.

ⲕⲇ̅. ⲉⲟⲃⲉ ϥⲁⲓ ⲛⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲛⲉ̀ⲧⲉϥⲭⲱⲙⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲭⲉ ϥⲡⲏⲃ̀ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲟⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲡⲛⲉⲧⲭⲟⲣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲥ̅ⲗ̅ ⲡⲉⲥⲗⲟⲭϥ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ⲭⲉ ⲡⲁⲙ̀ⲃⲟⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲛⲉⲧϯⲟⲩⲃⲏⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲓⲉ̀ⲓⲣⲓ ⲛ̀ⲟⲩϩⲁⲡ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲭⲁⲭⲓ.

ⲕⲉ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲓⲉ̀ⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲭⲓⲭ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ⲭⲱ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲓⲉ̀ⲫⲁⲥϯ ⲉ̀ⲟⲩⲧⲟⲩⲃⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲓⲉ̀ⲧⲁⲕⲟ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲧⲑⲱⲧⲛ̀ϩⲏⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲓⲉ̀ⲱ̀ⲗⲓ ⲛ̀ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲙⲙⲟⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϧⲏϯ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓϭⲁⲥⲓϩⲏⲧ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲓⲉ̀ⲑⲉⲃⲓⲱ̀ⲟⲩ.

ⲕⲉ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲓⲉ̀ⲭⲱ ⲛ̀ⲛⲉⲣⲉϥϯϩⲁⲡ ⲙ̀ϕⲣⲏϯ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ ⲡⲉⲙ̀ ⲡⲉⲣⲉϥⲥⲟϭⲡⲓ ⲙ̀ϕⲣⲏϯ ⲓⲥⲭⲉⲛ ϩⲏ ⲟⲩⲟϩ ⲙⲙⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲉⲩⲉ̀ⲙⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲣⲟ ⲭⲉ ϯⲃⲁⲕⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲙⲉⲟⲙⲛⲓ ϯⲙⲙⲉⲧⲣⲟⲡⲟⲗⲓⲧⲏⲥ ϯⲡⲓⲥⲧⲏ ⲥⲓⲱⲛ.

ⲕⲍ̅. ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲁⲡ ⲅⲁⲣ ⲉⲥⲉ̀ⲡⲟϩⲉⲙ ⲛ̀ⲭⲉ ⲧⲉⲥⲉ̀ⲭⲙⲁⲗⲱⲥⲓⲁ̀[b] ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲥⲭⲓⲛⲧⲁⲥⲑⲟ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲁⲓⲕⲉⲟⲥⲩⲛⲏ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲙⲉⲑⲛⲁⲛⲧ.

ⲕⲏ̅. ⲉⲩⲉ̀ϧⲟⲙⲙϧⲉⲙ ⲛ̀ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲙⲙⲟⲥ ⲡⲉⲙ̀ ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲡⲟⲃⲓ ⲉⲩⲥⲟⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲛⲉ̀ⲧⲁⲩϫⲁ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲥⲱⲟⲩ ⲉⲩⲉ̀ⲙⲙⲟⲩⲛⲕ.

ⲕⲑ̅. ⲭⲉ ⲟⲩⲛⲓ ⲥⲉⲛⲁϭⲓϣⲓⲛⲓ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲟⲩⲓ̀ϫⲱⲗⲟⲛ ⲡⲛⲉ̀ⲧⲁⲩⲟⲩⲁ̀ϣⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϣ̀ϕⲓⲧ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲓϭⲱⲙ ⲡⲛⲉ̀ⲧⲁⲩⲉⲣⲉ̀ⲡⲓⲑⲩⲙⲓⲛ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ.

---

[a] Lege ⲁⲉ. [b] Arabica versio habet ⲕⲁⲡⲧⲓⲛⲟⲥ *captivus ejus.*

Digitized by Google

20. Si autem nolueritis, neque me exaudiveritis; gladius devorabit vos, os enim Domini locutum est haec.

21. Quomodò facta est meretrix civitas fidelis, Sion plena judicii? in qua cubuit justicia, nunc autem homicidae.

22. Argentum eorum non purum est: caupones vestri miscent vinum aquâ:

23. Principes tui contumaces sunt, et socii furum; diligunt munera, sequuntur retributionem; pupillo non judicant, et ad litem viduae non attendunt: sed ut praedae esset pupillus, et vidua rapinae.

24. Propterea haec dicit Dominator, Dominus exercituum; vae *viris* fortibus Israel. Non cessabit enim furor meus in adversariis meis, et judicium in inimicis meis faciam.

25. Et manum meam super te inducam; et excoquam te ad purum, et inobedientes perdam; et peccatores à te auferam, et superbos omnes humiliabo.

26. Et imponam judices tuos sicut priùs, et consiliarios tuos sicut ab initio: et post haec vocaberis civitas justitiae, metropolis fidelis, Sion.

27. Cum judicio enim salvabitur captivitas ipsius, et conversus ejus cum justitia *et* misericordia.

28. Conterentur scelesti, et peccatores simul: et qui Dominum dereliquerunt, consumentur.

29. Quia pudore afficientur ab idolis suis, quae ipsi volebant: et confusi sunt hortis, quos concupiverunt.

Digitized by Google

ⲗ̅. ⲉⲩⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲧⲉⲣⲉⲃⲓⲛⲑⲟⲥ ⲉ̀ⲁϩⲟⲓ ⲡⲉϫⲱⲃⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲡⲉⲙ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲡⲁⲣⲁⲓⲥⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲟⲛⲧⲉϥ ⲙ̀ⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁⲩ.

ⲗⲁ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲧⲟⲩϫⲟⲙ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲱⲟⲩⲓ̀ ⲙ̀ⲙⲁϩⲟⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲟⲩϩ̀ⲃⲏⲟⲩⲓ̀ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ϩⲁⲛϭⲱⲣ ⲛ̀ⲭ̀ⲣⲱⲙⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲉ̀ⲣⲱⲕϩ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲡⲟⲃⲓ ⲡⲉⲙ ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲙⲙⲟⲥ ⲉⲩⲥⲟⲡ ⲡⲏⲉ̀ⲧⲁⲩϫⲁ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲥⲱⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲡⲉϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲫⲏⲉⲑⲛⲁϭⲉⲡⲱⲟⲩ.

ⲕⲉⲫ. ⲃ̅.

ⲃ̅. ⲡⲓⲥⲁϫⲓ ⲉ̀ⲧⲁϥϣⲱⲡⲓ ϩⲁ ⲛ̀ⲥⲁⲛ̀ⲁⲥ ⲛ̀ϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲁ̀ⲙⲙⲱⲥ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲓⲟⲩⲇⲉⲁ̀ ⲙⲉⲙ ⲉⲑⲃⲉ ⲓ̀ⲗⲏⲙ.

ⲃ̅. ϫⲉ ⲉⲥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ϧⲁⲉ̀ ⲉϥⲉ̀ⲟⲩⲟⲛϩⲟϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲏⲓ ⲙ̀ⲫϯ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲗⲁⲕϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲧⲱⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϭⲓⲥⲓ ⲥⲁⲛ̀ϣⲱⲓ ⲛ̀ⲡⲓⲕⲁⲗⲙⲫⲟ ⲉⲧⲉ̀ⲓ ϩⲁⲣⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲉⲑⲛⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ.

ⲅ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲉ̀ⲙⲙⲟⲱⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲙⲏϣ ⲛ̀ⲉⲑⲛⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲉ̀ϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲙⲱⲓⲛⲓ ⲙⲁⲣⲉⲡϣⲉⲛⲁⲛ ⲉ̀ϩ̀ⲣⲏⲓ ⲉ̀ⲡ̀ⲧⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲙ ⲡⲏⲓ ⲙ̀ⲫϯ ⲛ̀ⲓⲁⲕⲱⲃ ⲉϥⲉ̀ⲧⲁⲙⲙⲟⲛ ⲉ̀ⲡⲉϥⲙⲱⲓⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲡⲉ̀ⲙⲙⲟⲱⲓ ϩⲓⲱⲓⲧϥ ⲉϥⲉ̀ⲓ ⲅⲁⲣ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲥⲓⲱⲛ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲡⲟⲙⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲁϫⲓ ⲙ̀ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲓ̀ⲗⲏⲙ.

ⲇ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϯϩⲁⲡ ϧⲉⲛ ⲉ̀ⲙⲙⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲏϣ ⲛ̀ⲉⲑⲛⲟⲥ ⲉϥⲉ̀ⲥⲟϩⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲗⲁⲟⲥ ⲉϥⲟϣ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϩⲱⲙⲙⲓ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲥⲏⲓ ⲉ̀ϩⲁⲛⲥⲏⲓⲛⲓ ⲛ̀ϩⲉⲃⲓ ⲡⲉⲙ ⲡⲟⲩⲛⲁϩⲃⲓ[c] ⲉ̀ϩⲁⲡⲟⲥϧ ⲛ̀ⲱⲥϧ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲡⲉ ⲉⲑⲛⲟⲥ ϭⲓ ⲥⲏⲓ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲉⲑⲛⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲡⲟⲩϭⲓⲥ̀ⲃⲱ ϫⲉ ⲉ̀ⲃⲱⲧⲥ.

ⲉ̅. ϯⲛⲟⲩ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲡⲏⲓ ⲛ̀ⲓⲁⲕⲱⲃ ⲁ̀ⲙⲙⲱⲓⲛⲓ ⲙⲁⲣⲉⲡⲙⲟⲟⲩⲓ ϧⲉⲛ ⲫⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲙ̀ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅.

ⲋ̅. ⲁϥϫⲱ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ⲥⲱϥ ⲙ̀ⲡⲉϥⲗⲁⲟⲥ ⲡⲏⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲥ̅ⲗ̅ ϫⲉ ⲟⲩⲏⲓ ⲁ̀ ⲧⲟⲩϫⲱⲣⲁ ⲙⲙⲟϥ ⲛ̀ϭⲓϣⲏⲙ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲑⲁ ⲡⲓⲁⲗⲗⲟⲫⲩⲗⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲙⲏϣ ⲛ̀ϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲁⲗⲗⲁⲫⲩⲗⲟⲥ ⲁⲩϣⲱⲡⲓ ⲛⲱⲟⲩ.

ⲍ̅. ⲁⲙⲙⲟϥ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ϫⲉ ⲧⲟⲩϫⲱⲣⲁ ⲛ̀ϩⲁⲧ ϩⲓ ⲡⲟⲩⲃ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲛ̀ⲡⲓ ⲧⲟⲓ ⲉ̀ⲡⲟⲩⲁ̀ϩⲱⲣ ⲁ̀ ⲡⲟⲩⲕⲁϩⲓ ⲙⲙⲟϥ

---

[c] Lege ⲡⲟⲩⲛⲁⲃⲓ.

Digitized by Google

30. Erunt *enim* quasi terebinthus, quae abjecit folia sua, et velut hortus qui aquam non habet.

31. Et erit fortitudo eorum quasi stipula stuppae, et opera eorum quasi scintillae: et comburentur peccatores et scelesti simul, qui reliquerunt Dominum: et non erit, qui eos extinguat.

## CAP. II.

1. Verbum, quod factum est ad Esaiam filium Amos de Judaea et de Jerusalem.

2. Quia erit in novissima die, ut manifestus sit mons Domini, et domus Dei super cacumina montium, et elevabitur super colles, *et* venient ad eum omnes gentes.

3. Et ibunt gentes multae, et dicent; Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, *et* annunciabit nobis viam suam, et ambulabimus in ea: nam de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem.

4. Et judicabit inter gentes multas, *et* arguet populum multum: et recudent gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces messorias: et non sumet gens contra gentem gladium, et non discent ultrà bellare.

5. *Et* nunc tu, domus Jacob, venite, ambulemus in lumine Domini.

6. Dimisit enim populum suum domum Israel: quia repleta est auguriis ut ab initio regio eorum, quasi alienigenarum: et filii multi alienigenae nati sunt eis.

7. Repleta est enim regio eorum argento, et auro: et thesauroris eorum nullus est numerus: et repleta



Digitized by Google

ⲛ̀ϩⲟ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲣⲉⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ⲙⲙⲟⲛ ⲛ̀ⲛⲓ ⲧⲟⲓ ⲉ̀ⲡⲟⲩ-
ⲃⲉⲣⲉϭⲱⲟⲩⲧⲥ.

ⲏ̅. ⲁ̀ ⲡ̀ⲕⲁϩⲓ ⲙⲙⲟϩ ⲛ̀ⲥⲱϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓϩ̀ⲃⲏⲟⲩⲓ̀
ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩϫⲓϫ ⲁⲧⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲫⲏⲉ̀ⲧ ⲁ ⲡⲟⲩⲧⲏⲃ ⲟⲁ-
ⲙⲙⲓⲟϥ.

ⲑ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲕⲟⲗϫϥ ⲉ̀ⲡⲉⲥⲏⲧ ⲛ̀ϫⲉ ϕ̀ⲣⲱⲙⲙⲓ ⲁϥⲑⲉⲃⲓⲟ̀
ⲛ̀ϫⲉ ϕ̀ⲣⲱⲙⲙⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲡⲁϫⲱ ⲡⲱⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ.

ⲓ̅. ⲟⲩⲟϩ ϯⲛⲟⲩ ⲙⲙⲁϣⲉⲛⲱⲧⲉⲛ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲡⲓⲡⲉⲧⲣⲁ
ⲟⲩⲟϩ ϫⲱⲡ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲁⲧϩⲏ ⲛ̀ⲧ̀ϩⲟϯ ⲙ̀ⲡ̅ⲥ̅
ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲁⲧϩⲏ ⲙ̀ⲡⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉϥϫⲟⲙ
ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲁϥϣⲁⲛⲧⲱⲛϥ ⲉ̀ϧⲟⲙϧⲉⲙ ⲙ̀ⲡ̀ⲕⲁϩⲓ.

ⲓⲁ̅. ⲡⲉⲡⲃⲁⲗ ⲅⲁⲣ ⲙ̀ⲡ̅ⲥ̅ ⲥⲉϭⲟⲥⲓ ϕ̀ⲣⲱⲙⲙⲓ ϫⲉ ⲉϥⲑⲉ-
ⲃⲓⲟⲩⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ⲑⲉⲃⲓⲟ̀ ⲛ̀ϫⲉ ⲛ̀ϭⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲣⲱⲙⲙⲓ
ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϭⲓⲥⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡ̅ⲥ̅ ⲙⲙⲁⲩⲁⲧϥ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ
ⲉ̀ⲧⲉⲙⲙⲁⲩ.

ⲓⲃ̅. ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲅⲁⲣ ⲙ̀ⲡ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲉ̀ϩ̀ⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲉⲛ
ϣⲁϣ ⲣⲱⲙⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲣⲉϥϩⲓⲡ̀ϩⲟ ⲛⲓⲃⲉⲛ
ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲟⲩⲟⲛⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧϭⲟⲥⲓ ⲟⲩⲟϩ ϭⲁⲥⲓϩⲏⲧ ⲛⲓ-
ⲃⲉⲛ ⲉⲧⲉ̀ⲑⲉⲃⲓⲟ̀.

ⲓⲅ̅. ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ϣ̀ϣⲏⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲗⲓⲃⲁⲛⲟⲥ ⲉⲧ-
ϭⲟⲥⲓ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ϣ̀ϣⲏⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲙ̀ⲙⲁⲗⲁⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲟ̀ⲃⲁⲥⲁⲛ.

ⲓⲇ̅. ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲧⲱⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲕⲁⲗⲁⲙⲉ-
ⲫⲟ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧϭⲟⲥⲓ.

ⲓⲉ̅. ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲩⲣⲣⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧϭⲟⲥⲓ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ
ⲥⲟⲃⲧ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧϭⲟⲥⲓ.

ⲓⲋ̅. ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ϫⲟⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲓⲱⲙ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ
ⲛ̀ϫⲓⲛⲛⲁⲩ ⲧⲏⲣϥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛ̀ⲥⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲉ̀ϫⲏⲟⲩ.

ⲓⲍ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲉ̀ⲑⲉⲃⲓⲟ̀ ⲛ̀ϫⲉ ⲣⲱⲙⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀-
ϩⲉⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲛ̀ϭⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲣⲱⲙⲙⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϭⲓⲥⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡ̅ⲥ̅
ⲙⲙⲁⲩⲁⲧϥ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉⲙⲙⲁⲩ.

ⲓⲏ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲟⲩⲙⲟⲛⲕ ⲛ̀ϫⲓϫ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲉ̀ϫⲟⲡⲟⲩ.

ⲓⲑ̅. ⲉⲧⲉ̀ⲟ̀ⲗⲟⲩ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲡⲓⲥ̀ⲡⲏⲗⲉⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲫⲱϫⲓ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲡⲉⲧⲣⲁ ⲛⲉⲙ ⲡⲓϫⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̀ⲕⲁϩⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ
ⲛ̀ϩⲟ ⲛ̀ⲧ̀ϩⲟϯ ⲙ̀ⲡ̅ⲥ̅ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲁⲧϩⲏ ⲙ̀ⲡⲱⲟⲩ

Digitized by Google

est terra eorum equis et curribus; et nullus est numerus quadrigarum eorum.

8. *Et* repleta est terra abominationibus de operibus manuum eorum; *et* adoraverunt quod digiti sui fecerunt.

9. Et incurvavit se homo, *et* humiliatus est vir: et non dimittam eos.

10. Et nunc ingredimini in rupes, et occultamini in terram à facie timoris Domini, et à gloria fortitudinis ejus, quùm surrexerit ad quassandam terram.

11. Oculi enim Domini sublimes; homo autem humilis: et humiliabitur altitudo hominum, et exaltabitur Dominus solus in die illa.

12. Dies enim Domini exercituum *erit* super omnem contumeliosum, et super omnem superbum, et super omnem excelsum, et omnem sublimem; *et* humiliabuntur.

13. Et super omnem arborem Libani excelsam, et super omnem arborem glandis Basan;

14. Et super omnem montem, et super omnem collem excelsum,

15. Et super omnem turrim excelsam, et super omnem murum excelsum,

16. Et super omne navigium maris, et super omnem aspectum pulchritudinis navium.

17. Et humiliabitur omnis homo, et cadet superbia hominum; et exaltabitur Dominus solus in die illa.

18. Et manufacta sua omnia abscondent:

19. *Et* inferent ea in speluncas, et in fissuras rupium, et in cavernas terrae, à facie timoris Domini,

Digitized by Google

ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉϥⲭⲟⲙ ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲁϥϣⲁⲛⲧⲱⲛϥ ⲉ̀ϧⲟⲙϧⲉⲙ ⲙ̀ⲡⲕⲁϩⲓ.

ⲕ̅. ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲉ ⲫ̀ⲣⲱⲙⲓ ϩⲓⲟⲩⲓ̀ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲡⲉϥⲱ̀ⲣⲉⲃ ⲡⲓⲉⲃ ⲛ̀ϩⲁⲧ ⲡⲉⲙ ⲡⲓⲉⲃ ⲛ̀ⲡⲟⲩⲃ ⲡⲛⲉ̀ⲧⲁⲩⲟⲙⲙⲓⲱ̀ⲟⲩ ⲉ̀ⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲡⲓⲙⲉⲧⲉ̀ⲫ̀ⲗⲏⲟⲩ ⲡⲉⲙ ⲡⲓⲭⲁⲗⲭⲟⲩ.

ⲕⲁ̅. ⲉⲑⲣⲟⲩϣⲉ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲡⲓⲭⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̀ⲕⲁϩⲓ ⲉ̀ⲡⲓⲡⲉⲧⲣⲁ ⲉⲧⲭⲟⲣ ⲡⲉⲙ ⲡⲓⲫ̀ⲱⲭⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲡⲉⲧⲣⲁ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲁⲧϩⲏ ⲛ̀ⲧ̀ϩⲟϯ ⲙ̀ⲡⲥ̅ⲧ̅ ⲡⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ ⲡⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉϥⲭⲟⲙ ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲁϥϣⲁⲛⲧⲱⲛϥ ⲉ̀ϧⲟⲙϧⲉⲙ ⲙ̀ⲡⲕⲁϩⲓ.

ⲕⲉⲫ. ⲅ̅.

ⲁ̅. ϩⲏⲡⲡⲉ ⲓⲥ ⲫ̀ⲡⲏⲃ ⲡⲥ̅ⲧ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲉϥⲉ̀ⲱ̀ⲗⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲡ ϯⲓⲟⲩⲁⲉ̀ⲁ̀ ⲡⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲡ ⲓ̅ⲗⲏⲙ̅ ⲛ̀ⲟⲩⲁⲓ ⲉϥⲭⲟⲣ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲓ̀ ⲉⲥⲭⲟⲣ ⲟⲩⲭⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲱⲓⲕ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲭⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲙⲙⲱⲟⲩ.

ⲃ̅. ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲁ̀ⲫⲱⲫ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲁⲓ ⲉ̀ⲟⲩⲟⲡϣ̀ⲭⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲙ̀ⲡⲟⲗⲏⲙⲓⲥⲧⲏⲥ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲣⲉϥϯϩⲁⲡ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲣⲉϥⲑⲟⲛⲧⲉⲡ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲛ̀ⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ.

ⲅ̅. ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲡⲉⲛⲧⲏⲕⲟⲛⲧⲁⲣⲭⲟⲥ ⲡⲉⲙ ⲟⲩϣ̀ⲫⲏⲣ[d] ⲛ̀ⲣⲉϥϯⲥⲟⲩⲡⲓ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲥⲁⲃⲉ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲏⲧⲉⲕⲧⲱⲛ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲕⲁϯϩⲏⲧ ⲛ̀ⲣⲉϥⲥⲓⲥⲉⲙⲏ.

ⲇ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲓⲉ̀ⲉⲣ ϩⲁⲡϧⲉⲗϣⲓⲣⲓ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲱⲛ ⲉ̀ϩ̀ⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ϩⲁⲡⲣⲉϥⲥⲱⲃⲓ ⲉⲩⲉ̀ⲉ̀ⲣⲥ̅ⲧ̅ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ.

ⲉ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϩⲉⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲟⲩⲃⲉ ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲟⲩⲃⲉ ⲡⲉϥϣ̀ⲫⲏⲣ ⲉϥⲉ̀ⲥⲓⲥ̅ⲣ̅ⲟⲡ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲁ̀ⲗⲟⲩ ⲉ̀ⲟⲩϧⲉⲗⲗⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲫⲏⲉⲧϣⲏϣ ⲟⲩⲃⲉ ⲫⲏⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ.

ⲋ̅. ϫⲉ ⲉ̀ⲣⲉ ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲁ̀ⲙⲁϩⲓ ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲟⲡ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲣⲉⲙⲙⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥⲓⲱⲧ ⲉϥⲭⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲟⲩⲟⲡⲧⲁⲕ ⲛ̀ⲟⲩϩ̀ⲃⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ϣⲱⲡⲓ ⲉⲕⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲱⲛ ⲉ̀ⲣⲟⲡ ⲟⲩⲟϩ ⲧⲁϧ̀ⲣⲉ ⲙⲁⲣⲉⲥϣⲱⲡⲓ ϧⲁ ⲡⲉⲕⲉⲣϣⲓϣⲓ.

---

[d] Lege ⲟⲩϣ̀ⲫⲏⲣⲓ sermo Arabica est العجيب *mirandus, admirandus.*

Digitized by Google

et à gloria fortitudinis ejus, cùm surrexerit ad quassandam terram.

20. In die illa ejiciet homo abominationes suas argenteas, et aureas, quas fecerunt ad adorandum, vana, et vespertiliones,

21. Ut ingrediantur in cavernas terrae, et in rupes firmas, et in fissuras rupium, à facie timoris Domini, et à gloria fortitudinis ejus, cùm surrexerit ad quassandam terram.

## CAP. III.

1. Ecce dominator Dominus exercituum auferet de Judaea, et de Jerusalem validum et validam, robur panis, et robur aquae,

2. Et gigantem, et potentem, et hominem bellatorem, et judicem, et prophetam, et conjectorem, et presbyterum,

3. Et centurionem, et admirabilem consiliarium, et sapientem architectum, et prudentem auditorem.

4. Et faciam adolescentes principes super illos, et illusores dominabuntur eis.

5. Et corruet populus, homo ad hominem, et homo ad proximum suum: impinget puer ad senem, et inhonoratus ad honoratum:

6. Quia homo apprehendet fratrem suum, et domesticum patris sui, dicens; Vestimentum tibi est, princeps esto noster; et cibus meus sub potestate tua sit.

Digitized by Google

ϛ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ⲉⲣⲟⲩⲱ̀ ⲛ̀ⲧⲉϥⲭⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉⲉⲉⲉⲁⲩ ⲭⲉ ϯⲛⲁϣⲱⲡⲓ ⲁⲛ ⲉⲓⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲏⲅⲟⲥ ⲉ̀ϫⲱⲕ ⲭⲉ ⲉ̀ⲉⲉⲉⲟⲛ ⲱⲓⲕ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲛⲓ ⲟⲩⲁⲉ ϩ̀ⲃⲟⲥ ϯⲛⲁϣⲱⲡⲓ ⲁⲛ ⲉⲓⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲏⲅⲟⲥ ⲉ̀ⲡⲁⲓ ⲗⲁⲟⲥ.

ⲏ̅. ⲭⲉ ⲥⲉⲡⲁⲥⲱⲭⲡ ⲛ̀ⲓ̀ⲗⲏⲉⲉ ⲟⲩⲟϩ ϯⲓⲟⲩⲁⲉ̀ⲁ ⲁⲥⲟⲩⲱⲭⲡ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲟⲩⲗⲁⲥ ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩⲁ̀ⲡⲟⲗⲗⲓⲁ̀ ⲥⲉⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲉⲉ ⲛ̀ⲥⲁ ⲡⲟ̅ⲥ̅.

ⲑ̅. ⲭⲉ ϯⲡⲟⲩ ⲁϥⲑⲉⲃⲓⲟ̀ ⲛ̀ⲭⲉ ⲡⲟⲩⲱ̀ⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ϣⲓⲡⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩϩⲟ ⲁϥⲟ̀ϩⲓ ⲉ̀ⲣⲁⲧϥ ⲟⲩⲃⲏⲟⲩ ⲁⲩϩⲓⲱⲓϣ ⲁⲉ ⲉ̀ⲉⲡⲟⲩⲡⲟⲃⲓ ⲉ̀ⲉ̀ϕⲣⲏϯ ⲉ̀ⲉ̀ϕⲁ ⲥⲟⲁⲟⲉⲉⲁ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲟⲩⲟⲛϩϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉ̀ⲉ̀ϕⲣⲏϯ ⲉ̀ⲉ̀ϕⲁ ⲅⲟⲉⲉⲟⲣⲣⲁ ⲟⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲯⲩⲭⲏ ⲭⲉ ⲁⲩⲥⲟϭⲡⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲟϭⲡⲓ ⲉϥϩⲱⲟⲩ ϧⲁⲣⲱⲟⲩ ⲉ̀ⲉⲉⲓⲡⲉ̀ⲉⲉⲱⲟⲩ ⲉⲩⲭⲱⲉ̀ⲉⲉⲟⲥ.

ⲓ̅. ⲭⲉ ⲉ̀ⲉⲁⲣⲉⲡⲥⲱⲛϩ ⲉ̀ⲡⲓⲑ̀ⲉⲉⲏⲓ ⲭⲉ ϥⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲧϣⲁⲩ ⲛⲁⲛ ϯⲡⲟⲩ ⲭⲉ ⲉⲩⲉ̀ⲟⲩⲱⲉⲉ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩⲧⲁϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩ̀ⲃⲏⲟⲩⲓ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩⲭⲓⲭ.

ⲓⲁ̅. ⲟⲩⲟⲓ ⲉ̀ⲉⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲗⲗⲟⲥ ϩⲁⲛⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲓϩ̀ⲃⲏⲟⲩⲓ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥⲭⲓⲭ ⲉⲩⲉ̀ⲓ ⲉ̀ϩ̀ⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱϥ.

ⲓⲃ̅. ⲡⲁⲗⲁⲟⲥ ⲡⲉⲧⲉⲛⲛ̀ⲣⲁⲕⲧⲱⲣ ⲥⲉ̀ⲣⲓⲧ ⲉ̀ⲉⲉⲱⲧⲉⲛ ⲛⲛⲉⲧϣⲓϯ ⲉ̀ⲉⲉⲱⲧⲉⲛ ⲥⲉⲟⲓⲛ̀ⲟ̅ⲥ̅ ⲉ̀ⲣⲱⲧⲉⲛ ⲡⲁⲗⲁⲟⲥ ⲛⲛⲉ̀ⲧⲉⲣⲉⲉⲁⲕⲁⲣⲓⲍⲓⲛ ⲉ̀ⲉⲉⲱⲧⲉⲛ ⲥⲉⲥⲱⲣⲉⲉ ⲉ̀ⲉⲉⲱⲧⲉⲛ ⲟⲩⲟϩ ϕⲉⲉⲱⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲧⲉⲛϭⲁⲗⲁⲧⲭ ⲥⲉϣ̀ⲑⲟⲣⲧⲉⲣ ⲉ̀ⲉⲉⲟϥ.

ⲓⲅ̅. ⲁⲗⲗⲁ ϯⲡⲟⲩ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲁⲓ̀ ⲉ̀ⲛ̀ϩⲁⲡ.

ⲓⲇ̅. ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϥⲛⲁⲓ̀ ⲉ̀ⲛ̀ϩⲁⲡ ⲡⲉⲉ ⲡⲓⲛ̀ⲡⲣⲉϭⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ ⲡⲉⲉ ⲡⲟⲩⲁⲣⲭⲱⲛ ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ ⲭⲉ ⲉⲑⲃⲉ ⲟⲩ ⲁ̀ⲧⲉⲧⲉⲛϩⲓⲥⲁϩϯ ⲉ̀ⲡⲁⲓ ⲓⲁϩⲁⲗⲟⲗⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ϩⲱⲗⲉⲉ ⲉ̀ⲡⲓϩⲏⲕⲓ ϥ̀ⲭⲏ ϧⲉⲛ ⲡⲉⲧⲉⲛⲏⲓ.

ⲓⲉ̅. ⲉⲑⲃⲉ ⲟⲩ ⲧⲉⲧⲉⲛϭⲓ ⲉ̀ⲡⲁⲗⲁⲟⲥ ⲛ̀ⲭⲟⲛⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ϩⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩⲏⲕⲓ ⲧⲉⲧⲉⲛϯϣ̀ⲫⲓⲧ ⲡⲁϥ.

ⲓⲉ̅. ⲡⲁⲓ ⲡⲛⲉ̀ⲧⲉϥⲭⲱⲉ̀ⲉⲉⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲭⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲭⲉ ⲉ̀ⲫⲉⲉ ⲭⲉ ⲁⲩϭⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲭⲉ ⲡⲉⲛϣⲉⲣⲓ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲉⲉⲟϣⲓ ϧⲉⲛ ϩⲁⲡⲡⲁϩⲃⲓ ⲉⲩϩⲟⲣϣ ⲡⲉⲉ ϩⲁⲡϭⲱⲣⲉⲉ ⲉ̀ⲃⲁⲗ ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲛ̀ⲭⲓⲡⲉⲉⲟϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩϭⲁⲗⲁⲧⲭ ⲉⲩⲱϣϯ ⲛ̀ⲡⲟⲩϩ̀ⲃⲱⲥ ⲉⲩⲥⲟⲡ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲥⲱⲃⲓ ⲉⲩⲥⲟⲡ ⲛ̀ⲡⲟⲩϭⲁⲗⲁⲧⲭ.

Digitized by Google

7. Et respondebit ille in die illa, et dicet; Non ero princeps tibi, quia non est panis in domo mea, neque vestimentum: non ero princeps populi hujus.

8. Quia relicta est Jerusalem, et Judaea concidit, et linguae eorum in iniquitatibus suis, sunt contra Dominum contumaces.

9. Quarè nunc gloria eorum humiliata est, et confusio vultûs eorum obstitit eis: et peccatum suum, quasi Sodomorum annuntiaverunt, et quasi Gomorrhae ostenderunt. Vae animae eorum, quoniam consilium malum consuluerunt contra semetipsos, dicentes;

10. Alligemus justum, quoniam inutilis est nobis. Nunc fructus operum manuum suarum comedent.

11. Vae iniquo: mala secundum opera manuum ejus venient super eum.

12. O popule mi, exactores vestri spoliant vos, *et* foeneratores vestri dominantur vobis. O popule mi, qui beatos vos dicunt, seducunt vos; et semitam pedum vestrorum turbant.

13. Sed nunc veniet Dominus ad judicium.

14. Ipse Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi, et principibus eorum: vos autem quarè hanc vineam incendistis? et rapina pauperis est in domo vestra?

15. Quarè vos injuriam facitis populo meo, et vultum pauperum confunditis?

16. Haec dicit Dominus; Pro eo quòd elevatae sunt filiae Sion, et ambulaverunt extentis cervicibus, et vagationibus oculorum, et incessu pedum suorum, trahentes simul vestes suas, et pedibus suis simul ludentes:

Digitized by Google

ⲓⲍ. ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ⲣⲉ ⲫϯ ⲑⲉⲃⲓⲟ̀ ⲛ̀ⲡⲓⲁⲣⲭⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛϣⲉⲣⲓ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϭⲱⲣⲡ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲥ̀ⲭⲏⲙⲁ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉⲙⲙⲁⲩ.

ⲓⲏ. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉϥⲉ̀ⲱ̀ⲗⲓ ⲙ̀ⲡ̀ⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩϭⲓϩ̀ⲃⲱⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲥⲟⲗⲥⲉⲗ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩϩⲱⲗⲕ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲕⲟⲥⲥⲧⲙⲃⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲙⲁⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲙⲉⲛⲓⲥⲕⲟⲥ.

ⲓⲑ. ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲕⲁⲑⲉⲙⲁ ⲛⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲟⲗⲥⲉⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩϩⲟ ⲛⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲟⲃϯ ⲙ̀ⲡ̀ⲥⲟⲗⲥⲉⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩⲱ̀ⲟⲩ.

ⲕ. ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲕ̀ⲗⲓⲧⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲯⲉⲗⲉⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲡⲉⲣⲉⲗⲉⲝⲓⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲉ̀ⲙⲡⲗⲟⲕⲓⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩϣ̀ϭⲟⲩⲣ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲗⲉⲟⲛ.

ⲕⲁ. ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩϩ̀ⲃⲱⲥ ⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲓⲉⲃ ⲛ̀ϭⲏⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲧⲟⲩϩⲟ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲛⲓ.

ⲕⲃ. ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲗⲁⲕⲉⲙⲓⲕⲟⲛ ⲉⲑⲟⲩⲟⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛⲉⲙ ⲡⲓϣⲉⲛⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓϩⲩⲁ̀ⲕⲓⲛⲑⲓⲛⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲕⲟⲕⲕⲓⲛⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲓϣⲉⲛⲥ ⲉⲧⲥⲏϧ ϩⲓ ⲡⲟⲩⲃ ⲛⲉⲙ ϩⲩⲁ̀ⲕⲓⲛⲑⲓⲛⲟⲛ.

ⲕⲅ. ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲉⲣϣⲱⲛ ⲛ̀ⲕⲁⲧⲁⲕⲗⲏⲧⲟⲛ.

ⲕⲇ. ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧ̀ϣⲉⲃⲓⲱ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲥ̀ⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ ⲉϥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩϣⲱⲓϣ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧ̀ϣⲉⲃⲓⲱ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲟϫϧ ⲉⲧⲙⲏⲣ ⲙ̀ⲙⲟ ⲉ̀ⲣⲉⲙⲟⲣϯ ⲛ̀ⲟⲩⲛⲟϩ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧ̀ϣⲉⲃⲓⲱ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲟⲗⲥⲉⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉ̀ϕⲉ ⲉ̀ⲣⲉ ⲟⲩⲙⲉⲧⲕⲉⲣϩⲉ ϣⲱⲡⲓ ϩⲓϫⲱ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲉϩ̀ⲃⲛⲟⲩⲓ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧ̀ϣⲉⲃⲓⲱ̀ ⲛ̀ⲧ̀ϣ̀ⲑⲏⲡ ⲉ̀ⲧⲉ ⲧⲉ̀ⲙⲏϯ ⲟⲓ ⲛ̀ⲓⲉⲃ ⲛ̀ⲡⲟⲩⲃ ⲉ̀ⲣⲉⲙⲟⲣⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲟⲕ.

ⲕⲉ. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϣⲏⲣⲓ ⲉⲧⲥⲱⲧⲡ ⲉ̀ⲧⲉⲙⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉϥⲉ̀ϩⲉⲓ ⲛ̀ⲧ̀ⲥⲏϥⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲧⲉⲛϫⲱⲣⲓ ⲉⲧⲉ̀ϩⲉⲓ ⲛ̀ⲧ̀ⲥⲏϥⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲉ̀ⲑⲉⲃⲓⲟ̀.

ⲕⲋ. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲉ̀ⲉⲣϩⲏⲃⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲑⲏⲕⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲧⲉⲛⲥⲟⲗⲥⲉⲗ ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ⲣⲉⲥⲱϫⲡ ⲙ̀ⲙⲁⲧⲁ̀ϯ ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ⲣⲉⲧⲱⲙⲙⲓ ⲉ̀ⲡ̀ⲕⲁϩⲓ.

ⲕⲉⲫ. ⲁ̅.

ⲁ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ⲣⲉ ⲍ̅ ⲛ̀ⲥ̀ϩⲓⲙⲓ ⲁ̀ⲙⲁϩⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲱⲙⲙⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲉⲧⲭⲱⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲡⲉⲡⲱⲓⲕ ⲉ̀ⲡⲉⲟⲧⲟⲙⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛϭ̀ⲃⲱⲥ ⲉ̀ⲡⲉⲧⲛⲓⲧⲟⲩ ϩⲓⲱ̀ⲧⲉⲛ ⲡ̀ⲗⲏⲛ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲙⲁⲣⲉⲥϣⲱⲡⲓ ϩⲓϫⲱⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ⲗⲓⲟⲩⲓ̀ ⲙ̀ⲡⲉⲛϣⲱϣ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁⲣⲟⲛ.

Digitized by Google

17. Ergo humiliabit Deus principes filiarum Sion, et Dominus habitum earum revelabit in die illa;

18. Et auferet Dominus gloriam vestitûs earum, et ornamenta earum, et reticula earum, et cincinnos earum, et torques earum, et lunulas earum,

19. Et monile, et ornamentum faciei earum, et compositionem ornatus gloriae,

20. Et brachialia earum, et armillas earum, et dextralia earum, et opera implexa, et annulos earum, et inaures earum,

21. Et vestes earum purpuratus, et additamenta in domibus,

22. Et laconica conspicua, et byssos, et hyacinthina, et coccinea, et byssum auro et hyacintho contextam,

23. Et stragulas lectorum.

24. Et erit pro odore suavi pulvis; et pro zona accincta tibi, accingêris funiculo; et pro ornamento capitis tui, erit tibi calvitium propter opera tua; et pro tunica, habens medio ejus opus aureum, circumcingêris sacco.

25. Et filius tuus pulcherrimus, quem diligis, gladio cadet; et *viri* fortes vestri gladio cadent.

26. Et prosternentur atque lugebunt conditoria ornatûs vestri, et relinquêris sola, et ad terram allidêris.

## CAP. IV.

1. Et apprehendent septem mulieres virum unum, dicentes; Panem nostrum comedemus, et vestimentis nostris operiemur: tantummodo sit nomen tuum super nos, et aufer nobis opprobrium nostrum.



Digitized by Google

ϩ̅. ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ϥⲡⲁⲉⲣⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲫ̀ϯ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲟϭⲡⲓ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲱ̀ⲟⲩ ϩⲓϫⲉⲛ ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ ⲉⲑⲣⲉϥϭⲓⲥⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉϥϯⲱ̀ⲟⲩ ⲛ̀ⲡⲛⲏ̀ⲧⲁⲩⲥⲱϫⲡ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲥ̅ⲗ̅.

ϭ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲛⲏ̀ⲧⲁⲩⲥⲱϫⲡ ϧⲉⲛ ⲥⲓⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲛⲏ̀ⲧⲁⲩⲥⲉⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲓ̅ⲗ̅ⲏ̅ⲙ̅ ⲉⲩⲉ̀ⲙⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ϫⲉ ⲥⲉⲟⲩⲁϩ ⲙ̀ⲡⲛ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟⲛⲛⲓϩⲉⲛ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲥ̀ϧⲏⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲱⲛϧ ϧⲉⲛ ⲓ̅ⲗ̅ⲏ̅ⲙ̅.

ϭ̅ⲁ̅. ϫⲉ ⲡⲛ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲉϥⲉ̀ⲓⲱⲓ ⲉ̀ϩⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲓϫⲏⲣⲓ ⲛ̀ϫⲉ[e] ⲡⲉⲛϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛϣⲉⲣⲓ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲥ̀ⲡⲟϥ ⲉϥⲉ̀ⲧⲟⲩϩⲟϥ ⲉ̀ϩⲟⲗϧⲉⲛ ⲧⲟⲙⲙϯ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲛ̀ϩⲁⲡ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲛ̀ⲣⲱⲕϩ.

ϭ̅. ⲉϥⲉ̀ⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲛⲓϩⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛ̀ⲧⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲧⲛ̀ⲣⲟⲩ ⲉⲧⲕⲱϯ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ⲉⲥⲉ̀ⲉⲣϧⲛⲓϩⲓ ⲉ̀ϫⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩϭⲏⲡⲓ ⲛⲉⲙ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲥ̀ⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲭ̀ⲣⲉⲙⲧⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲭ̀ⲣⲱⲙ ⲉϥⲙⲟϩ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϫⲱⲣϩ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ⲉⲣϧⲛⲓϩⲓ ⲉ̀ϫⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥϣ̀ⲟⲩ ⲧⲏⲣϥ.

ϭ̅ⲅ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲉ̀ⲟⲩϧⲛⲓϩⲓ ⲉ̀ϩⲟⲗϩⲁ ⲟⲩⲕⲁⲙⲙⲁ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥ̀ⲕⲉⲡⲏ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲙⲙⲁ ⲉϥϩⲏⲡ ⲉ̀ϩⲟⲗϩⲁ ⲡⲉⲛϣⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲙⲙⲟⲩⲛϩⲱⲟⲩ.

ⲕⲉⲫ. ⲉ̅.

ϭ̅. ⲉⲓⲉ̀ϫⲱ ⲉ̀ⲫⲛⲏ̀ⲧⲁⲙⲙⲉⲡⲣⲓⲧϥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϫⲱ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲙⲉⲡⲣⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓⲁ̀ϩⲁⲗⲟⲗⲓ[f] ⲟⲩⲙⲙⲁⲓⲁ̀ⲗⲟⲗⲓ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲙⲉⲡⲣⲓⲧ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲧⲁⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲙⲁ ⲉϥⲕⲉⲡⲓⲱⲟⲩⲧ.

ϭ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲧⲁⲕⲧⲟ ⲛ̀ⲟⲩϭⲗⲟ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲧⲁϩⲟϥ ⲉ̀ⲛ̀ⲕⲁϣ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓϭⲟ̀ ⲛ̀ⲟⲩϣⲱⲛ̀ⲁ̀ⲗⲟⲗⲓ ϧⲉⲛ ⲥⲱⲣⲛϫ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲕⲱⲧ ⲛ̀ⲟⲩⲡⲩⲣⲅⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲙⲏⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲕⲱϣ ⲛ̀ⲟⲩϩⲣⲱⲧ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲟ̀ϩⲓ ϫⲉ ϥ̀ⲡⲁⲉⲣ ⲁ̀ⲗⲟⲗⲓ ⲁϥⲉⲣ ⲥⲟⲩⲣⲓ.

ϭ̅. ⲟⲩⲟϩ ϯⲡⲟⲩ ⲫ̀ⲣⲱⲙⲙⲓ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲁⲁⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲛⲉⲧϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲓ̅ⲗ̅ⲏ̅ⲙ̅ ⲙⲙⲁϩⲁⲡ ⲟⲩⲧⲱⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲁⲓⲁϩⲁ̀ⲗⲟⲗⲓ[f].

ϭ̅ⲁ̅. ⲁⲓⲟ̀ϩⲓ ϫⲉ ⲉϥⲡⲁⲉⲣ ⲁ̀ⲗⲟⲗⲓ ⲁϥⲉⲣ ⲥⲟⲩⲣⲓ ⲟⲩ ⲡⲉϯⲡⲁⲁⲓϥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲁ̀ϩⲁⲗⲟⲗⲓ[f] ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲓϥ ⲉ̀ⲣⲟϥ ϫⲉ ⲁⲓⲟ̀ϩⲓ ϫⲉ ϥ̀ⲡⲁⲉⲣ ⲁ̀ⲗⲟⲗⲓ ⲁϥⲉⲣ ⲥⲟⲩⲣⲓ.

---

[e] Lege ⲛ̀ⲧⲉ. [f] Lege ⲡⲁⲓⲁ̀ϩⲁⲗⲟⲗⲓ.

Digitized by Google

2. In die illa illucescet Deus in consilio cum gloria super terram, ut exaltet, et glorificet residuos Israel.

3. Et erunt qui relicti fuerint in Sion, et qui remanserint in Jerusalem, sancti Domino vocabuntur, omnes scripti ad vitam in Jerusalem.

4. Abluet enim Dominus sordem filiorum, et filiarum Sion, et sanguinem expurgabit de medio eorum, in spiritu judicii, et spiritu incendii.

5. *Et* veniet ille, et erit in omni loco montis Sion, et omnibus quae in circuitu ejus, *sunt*, obumbret eos per diem illam nubes, et tanquam species fumi, et lucis, et ignis ardentis per noctem; et in omni gloria sua eos proteget.

6. Et erit in umbram ab aestu, *et* in protectionem, ac latibulum ab asperitate, et pluvia.

## CAP. V.

1. Cantabo dilecto *meo* in cantico dilecti *mei* vineae meae. Vinea facta est dilecto *meo* in cornu, in loco pingui.

2. Et eam sepe circumdedi, et eam vallavi, et vineam plantavi in Sorech, et aedificavi turrim in medio ejus, et torcular fodi in ea; et expectavi ut faceret uvas, *et* fecit spinas.

3. Et nunc homo Juda, et habitatores in Jerusalem, judicate inter me et vineam meam.

4. Expectavi, ut faceret uvas, *et* fecit spinas. Quid faciam *ultrà* vineae meae, et non feci ei? Quoniam expectavi, ut faceret uvas, fecit spinas.

Digitized by Google

ϵ̅. ϯⲛⲟⲩ ⲇⲉ ϯⲛⲁⲧⲁⲙⲉⲱⲧⲉⲛ ⲭⲉ ⲟⲩ ⲡⲉⲉ̀ϯⲛⲁⲁⲓϥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲁϩⲁ̀ⲗⲟⲗⲓ[g] ϯⲛⲁⲣⲱϧⲧ ⲙ̀ⲡⲉϥϭ̀ⲗⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲉ̀ⲛ̀ϩⲱⲗⲉⲙ ϯⲛⲁϣⲟⲣϣⲉⲣ ⲛ̀ⲧⲉϥⲭⲟⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲉ̀ⲛ̀ϧⲟⲙϧⲉⲙ.

ϛ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲓⲉ̀ⲥⲱⲭⲡ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲁϩⲁ̀ⲗⲟⲗⲓ[g] ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲉ̀ϣⲉⲛϣⲁⲧϥ ⲟⲩⲁⲉ ⲛ̀ⲛⲟⲩϭ̀ⲣⲏ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲉ̀ⲣⲱⲧ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲛ̀ⲭⲉ ϩⲁⲛⲥⲟⲩⲣⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲁⲡⲱⲟ ⲉⲓⲉ̀ϩⲟⲛϩⲉⲛ ⲉ̀ⲧⲟⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲓϭⲏⲡⲓ ⲉ̀ϣ̀ⲧⲉⲙϩⲱⲟⲩ ⲉ̀ϫⲱϥ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲟⲩⲛ̀ⲱϣⲓ.

ϛ̅. ⲡⲓⲁϩⲁ̀ⲗⲟⲗⲓ[g] ⲅⲁⲣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲡⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲥ̅ⲭ̅ ⲡⲉ ⲟⲩⲟϩ ⲫⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲁⲁ ⲟⲩⲧⲱⲭⲓ ⲙ̀ⲃⲉⲣⲓ ⲡⲉⲉ̀ⲧⲁⲙⲉⲛⲣⲓⲧϥ ⲁⲓⲟ̀ϩⲓ ⲭⲉ ⲛ̀ⲧⲉϥⲓ̀ⲣⲓ ⲛ̀ⲟⲩϩⲁⲡ ⲁϥⲓ̀ⲣⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲁ̀ⲡⲟⲙⲓⲁ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲉⲑ̀ⲙⲏⲓ ⲁⲡ ⲁⲗⲗⲁ ⲟⲩϧ̀ⲣⲱⲟⲩ.

ϛ̅. ⲛⲏⲉⲧⲧⲉⲙ ⲛⲓ ⲉ̀ⲛⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲧϧⲉⲛⲧ ⲓⲟϩⲓ ⲉ̀ⲓⲟϩⲓ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲱ̀ⲗⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲛ̀ⲭⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲟⲩϣ̀ⲫⲏⲣ ⲙⲙ ⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁϣⲱⲛⲓ ⲙⲙⲁⲩⲁ̀ⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ ϩⲓⲭⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ.

ϑ̅. ⲁⲩⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛⲁⲓ ⲅⲁⲣ ϧⲉⲛ ⲛⲉⲡⲙⲁϣⲭ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲅⲁⲣ ⲁⲩϣⲁⲡϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲭⲉ ϩⲁⲡⲙⲏϣ ⲛ̀ⲛⲓ ⲉⲩⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲉ̀ⲛ̀ϣⲱϥ ϩⲁⲛⲛⲓϣϯ ⲉ̀ⲛⲁⲛⲉⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲛⲟⲩϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲭⲉ ⲛⲛⲉⲧⲛⲁϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧⲟⲩ.

ⲓ̅. ϧⲙⲙⲁ ⲅⲁⲣ ⲉ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲓ̅ ⲛ̀ϩⲉⲃⲓ ⲛ̀ⲉ̀ϩⲉ ⲛⲁⲉⲣϩⲱⲃ ⲙⲙⲟϥ ⲉⲩⲉ̀ⲉⲣ ⲟⲩϣⲟⲩϣⲟ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲫⲛⲉⲑⲛⲁⲥⲓϯ ⲛ̀ⲓ̅ⲣ̅ ⲛ̀ⲉⲣⲧⲟⲡ[h] ⲉⲩⲉ̀ⲉⲣ ⲣ̅ ⲙⲙⲉⲛⲧ.

ⲓⲁ̅. ⲟⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲧⲱⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲩⲓ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧϭ̀ⲟⲭⲓ ⲛ̀ⲥⲁ ⲡⲓⲥⲓⲕⲓⲣⲁ ⲛⲏⲉⲧⲟ̀ϩⲓ ϣⲁ ⲣⲟⲩϩⲓ ⲡⲓⲛⲣⲡ ⲅⲁⲣ ⲉϥⲉ̀ⲣⲟⲕϩⲟⲩ.

ⲓⲃ̅. ϧⲉⲛ ⲟⲩⲕⲧⲟⲁⲣⲁ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲯⲁⲗⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛⲕⲉⲙⲕⲉⲙ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛⲥⲉⲃⲓ ⲥⲉⲥⲱ ⲙⲙⲡⲓⲛⲣⲡ ⲛⲓϭ̀ⲃⲏⲟⲩⲓ̀ ⲅⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲉⲡⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ⲁⲡ.

ⲓⲅ̅. ϯⲛⲟⲩ ⲇⲉ ⲁϥⲉⲣ ⲉ̀ⲭⲙⲁⲗⲱⲧⲟⲥ ⲛ̀ⲭⲉ ⲡⲁⲗⲁⲟⲥ ⲉⲑⲃⲉ ⲭⲉ ⲥⲉⲥⲱⲟⲩⲛ ⲙⲙⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲁⲡ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϧⲏ-

---

[g] Lege ⲡⲁⲓⲁ̀ϩⲁⲗⲟⲗⲓ.

[h] Versio Arabica est اردب *ardebb*, mensura magna aridorum apud Aegyptios.

Digitized by Google

5. Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineae meae: dejiciam sepem ejus, et erit in direptione: et destruam murum ejus, et erit in conculcationem.

6. Et derelinquam vineam meam, adeo ut non putetur, neque fodeatur: et ascendent in eam spinae, tanquam in terram incultam: *et* nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.

7. Vinea enim Domini exercituum domus Israel est, et homo Juda, novella plantatio dilecta: expectavi ut faceret judicium, *et* fecit iniquitatem; et non justitiam, sed clamorem.

8. Vae iis qui conjungunt domum domui, et qui agro appropinquant agrum, ut à proximo auferant aliquid: Numquid habitabitis vos soli super terram?

9. Audita enim sunt haec in auribus Domini exercituum: nam si fuerint domus multae, erunt magnae *et* pulchrae desertae; et non erunt qui habitent in eis.

10. Ubi enim operabuntur decem juga boum, faciet lagunculam unam; et qui seminabit artabas sex, *ei* facient tres mensuras.

11. Vae iis qui surgunt manè, et siceram sequuntur; qui expectant usque ad vesperam: vinum enim eos comburet.

12. Cum cithara, et psalterio, et tympanis, et tibiis, vinum bibunt: opera autem Domini non respiciunt.

13. Nunc igitur captivus factus est populus meus: eò quòd non Dominum cognoverunt: et factae sunt

Digitized by Google

ⲧⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ϩⲁⲡⲙⲏⲛϣ ⲛ̀ⲣⲉϥⲙⲱⲟⲩⲧ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓϩ̀ⲕⲟ ⲛⲉⲙ
ⲡⲓⲗ̀ⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲙⲱⲟⲩ.

ⲓⲃ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ⲙⲉⲛϯ ⲁϥⲟⲩⲱϣⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉϥⲯⲩⲭⲏ
ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲛ̀ⲣⲱϥ ϩⲱⲥ ϫⲉ ⲉ̀ϣⲩⲧⲉⲙⲭⲱ ⲛ̀ⲥⲱϥ
ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲉ̀ϣⲉⲡⲱⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉ̀ⲙⲁⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲏⲉⲧⲧⲁⲓⲛ-
ⲟⲩⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲛⲓϣϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲣⲁⲙⲁⲓⲟⲓ̀
ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲗⲟⲓⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲁⲥ.

ⲓⲅ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ⲑⲉⲃⲓⲱ̀ ⲛ̀ϫⲉ ⲫ̀ⲣⲱⲙⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϭⲓ-
ϣⲱϣ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩϧⲉⲗϣⲓⲣⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲓⲃⲁⲗ ⲉⲧϭ̀ⲟⲥⲓ ⲉⲧⲉ̀-
ⲑⲉⲃⲓⲟ̀.

ⲓⲇ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ϭⲓⲥⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲁⲡ
ⲟⲩⲟϩ ϕϯ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉϥⲉ̀ϭⲓⲱ̀ⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲑⲙⲏⲓ.

ⲓⲉ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲉ̀ϫⲉⲙⲓ ⲛ̀ⲛⲏⲉ̀ⲧⲁϩϩⲟⲗⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ
ⲛ̀ϩⲁⲡⲙⲁⲥⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲓϣⲁϥⲉⲣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲏⲉ̀ⲧⲁⲩⲟ̀ⲗⲟⲩ ⲉⲩⲉ̀-
ⲟⲩⲟ̀ⲙⲙⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ϩⲁⲡϩⲓⲛϧ.

ⲓⲍ̅. ⲟⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲥⲱⲕ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲃⲓ ⲛⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩ-
ⲛⲟϩ ⲉϥϣⲟⲩⲛ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲙ̀ⲡⲟⲙⲓⲙ̀ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲙ̀ⲡϧⲱⲕ
ⲙ̀ⲫⲛⲁϩϩⲉϥ ⲛ̀ⲟⲩϧⲁϩϩⲓ.

ⲓⲏ̅. ⲛⲏⲉⲧϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲁⲣⲟⲩϧⲱⲛⲧ ⲛ̀ϫⲱⲗⲉⲙ
ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲏⲉ̀ⲧⲉϥⲛⲁⲓⲧⲟⲩ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ
ⲙⲁⲣⲉϥⲓ̀ ⲛ̀ϫⲉ ⲛ̀ⲥⲟϭⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲙ̀ⲡⲓⲥ̅ϫ̅ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀-
ⲧⲉⲡⲉ̀ⲙⲓ.

ⲕ̅. ⲟⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲉ̀ⲡⲓⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ϫⲉ ⲡⲁⲡⲉϥ
ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲡⲉⲑⲡⲁⲡⲉϥ ϫⲉ ϥ̀ϩⲱⲟⲩ ⲛⲏⲉⲧϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲉ̀ⲡⲓ-
ϫⲁⲕⲓ ϫⲉ ⲟⲩⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲡⲉ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ϫⲉ ⲟⲩϫⲁⲕⲓ
ⲡⲉ ⲛⲏⲉⲧϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲡⲉⲧϣⲁϣⲓ ϫⲉ ϥ̀ϩⲟⲗϫ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲧ-
ϩⲟⲗϫ ϫⲉ ϥ̀ⲉⲡϣⲁϣⲓ.

ⲕⲁ̅. ⲟⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲥⲁⲃⲉ ⲛⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁ̀ⲧⲟⲩ
ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲕⲁⲧϩⲏⲧ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲙ̀ⲙⲟ ⲉ̀ⲃⲟⲗ.

ⲕⲃ̅. ⲟⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧϫⲟⲣ ⲛ̀ⲧ̀ⲱⲧⲉⲡ ⲛⲏⲉⲧⲥⲱ ⲙ̀ⲡⲓⲛⲣⲡ
ⲛⲉⲙ ⲛⲓϫⲱⲣⲓ ⲛⲏⲉⲧⲥⲱ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲓⲕⲉⲣⲁ.

ⲕⲅ̅. ⲛⲏⲉⲧⲙ̀ⲙⲓⲟ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲥⲉⲃⲏⲥ ⲉⲑⲃⲉ ϩⲁⲡϫⲱⲣⲟⲡ
ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲱ̀ⲗⲓ ⲙ̀ⲡⲙ̀ⲙⲓⲟ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲙ̀ⲙⲏⲛⲓ.

ⲕⲇ̅. ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲉ̀ϣⲁϥⲣⲱⲕϩ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲣⲱⲟⲩⲓ̀
ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲉⲛ ϩⲁⲡϫⲉⲃⲥ ⲛ̀ⲭ̀ⲣⲱⲙ ⲟⲩⲟϩ ϣⲁϥⲣⲱⲕϩ
ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲛ̀ⲟⲩϣⲁϩ ⲛ̀ⲭ̀ⲣⲱⲙ ⲉ̀ⲣⲉ ϩⲣⲁϥ ⲭⲏ ⲡⲁϥ

Digitized by Google

in eis multitudines mortuorum propter famem, et sitim aquae.

14. Itaque infernus dilatavit seipsum, et aperuit os suum, ut non cesset: et descendent eo honorati terrae, et magni, et divites, et pestilentes ejus.

15. Et humiliabitur homo, et dehonorabitur adolescens; et oculi sublimes deprimentur.

16. Et exaltabitur Dominus exercituum in judicio, et Deus sanctus glorificabitur in justitia.

17. Et pascentur direpti, quasi tauri, et deserta eorum qui capti sunt, agni comedent.

18. Vae eis qui trahunt peccata sibi quasi funiculo longo, et quasi jugi corrigiâ juvencae, iniquitates:

19. Qui dicunt; Citò appropinquent quae faciet, ut ea videamus: et veniat consilium Sancti Israel, ut sciamus.

20. Vae iis qui dicunt malum bonum, et bonum malum; qui dicunt tenebras lucem esse, et lucem tenebras esse; qui dicunt amarum dulce, et dulce amarum.

21. Vae iis qui sunt sapientes in semetipsis, et coram seipsis prudentes.

22. Vae validis vestris, qui vinum bibunt; et potentibus, qui siceram bibunt.

23. Qui justificant impium propter munera, et justi justum tollunt.

24. Propter hoc, sicut uretur stipula à pruna ignis, et comburetur à flamma ignis ei obvia; radix eorum quasi lanugo erit, et flos eorum quasi pulvis ascendet:

Digitized by Google

ⲧⲟⲩⲛⲟⲩⲛⲓ ⲉⲥⲉ̀ⲉⲣ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲏⲓⲥⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲧⲟⲩϩ̀-
ⲣⲏⲣⲓ ⲉⲥⲉ̀ⲓ ⲉ̀ⲛ̀ϣⲱⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩϣⲱⲓϣ ϫⲉ ⲟⲩⲛⲓ ⲅⲁⲣ
ⲙ̀ⲡⲟⲩⲟⲩϣϣ ⲉ̀ⲫⲛⲟⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲑ-
ⲟⲩⲁϩ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲥ̅ⲭ̅ ⲁⲩϯϫⲱⲛϯ ⲛⲁϥ.

ⲕⲉ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϫⲱⲛϯ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙ̀ⲃⲟⲛ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲁ-
ⲃⲁⲱⲑ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲉϥⲗⲁⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲓ̀ⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥϫⲓϫ ⲉ̀ϩ̀ⲣⲏⲓ
ⲉ̀ϫⲱⲟⲩ ⲁϥϣⲁⲣⲓ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϫⲱⲛϯ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓϯⲱⲟⲩ
ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟⲩⲣⲉϥⲙⲙⲱⲟⲩϯ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩ-
ⲕⲟⲡⲣⲓⲁ ϧⲉⲛ ⲟ̀ⲙⲙϯ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲙⲱⲓϯ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲙ̀ⲡⲉϥⲧⲁⲥⲑⲟ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓϫⲱⲛϯ ⲁⲗⲗⲁ ⲉ̀ⲧⲓ ⲥ̀ⲥ̅ⲟ̅ⲥ̅ⲓ ⲛ̀ϫⲉ
ϯϫⲓϫ.

ⲕⲓ̅. ϯⲛⲟⲩ ϫⲉ ⲉϥⲉ̀ⲱ̀ⲗⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲙⲏⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉⲑⲛⲟⲥ
ⲡⲛⲉϯϧⲉⲛϯ ⲡⲉⲙ ⲡⲛⲉⲑⲟⲩⲛ̀ⲟⲩ ⲉϥⲉ̀ⲉⲣϣⲟⲩϣⲓϯⲥ ⲛ̀ⲥⲱ-
ⲟⲩ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲁⲩⲣⲏϫϥ ⲙ̀ⲡ̀ⲕⲁϩⲓ ⲟⲩⲟϩ ϩⲛⲡⲡⲉ ⲉⲧⲉ̀ⲓ ⲛ̀-
ϫⲱⲗⲉⲙ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲁ̀ⲥⲓⲁⲓ.

ⲕⲍ̅. ⲛ̀ⲟⲩϩ̀ⲕⲟ ⲟⲩⲁⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲓ̀ⲃⲓ ⲟⲩⲁⲉ ⲛ̀ⲟⲩϧⲓⲥⲓ ⲟⲩ-
ⲁⲉ ⲛ̀ⲟⲩϩⲓⲙⲙ ⲟⲩⲁⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲛ̀ⲕⲟⲩ ⲟⲩⲁⲉ ⲛ̀ⲟⲩϯⲟⲩⲱ̀
ⲛ̀ⲟⲩⲙⲙⲟϫϧ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲟⲩϯⲡⲓ ⲟⲩⲁⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲱⲗⲡ
ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟⲩⲙⲙⲟⲩⲥⲉⲣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩⲑⲱⲟⲩⲓ̀.

ⲕⲏ̅. ⲡⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩⲥⲟⲑⲡⲉϥ ϣⲉϣϣⲱϣ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲟⲩⲫⲓϯ
ⲥⲉⲃ̀ⲟⲗⲕ ⲡⲓⲃ̀ⲁⲗⲁⲩϫ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩϩ̀ⲑⲱⲣ ⲥⲉⲟⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ
ⲛ̀ⲟⲩⲡⲉⲧⲣⲁ ⲉⲥϫⲟⲣ ⲡⲓϯ̀ⲣⲟϫⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩϩ̀ⲁⲣⲙⲙⲁ ⲥⲉⲟⲓ
ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲁⲣⲁⲑⲏⲟⲩ.

ⲕⲑ̅. ⲥⲉϯⲟⲧⲟⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲙⲟⲩⲓ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲥⲉϩ̀ⲓ ⲉ̀ⲣⲁ-
ⲧⲟⲩ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ϩ̀ⲁⲡⲙⲁⲥ ⲙ̀ⲙⲟⲩⲓ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲥⲉϩ̀ⲓ ⲉ̀ⲣⲁ-
ⲧⲟⲩ ⲉⲩⲧⲁϫⲣⲏⲟⲩϯ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲉ̀ϩⲓⲧⲟⲩϥ ⲉ̀ϣⲱ ⲉ̀ⲃⲟⲗ
ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲉ̀ϩⲓⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲡⲉϥ-
ϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲫⲏⲉⲧⲡⲁⲡⲁϩⲙⲟⲩ.

ⲗ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲉ̀ϣⲱ ⲉⲑⲃ̀ⲏⲧⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉⲙ-
ⲙⲁⲩ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲧⲥⲙⲏ ⲙ̀ⲫⲓⲟⲙ ⲉⲩⲟⲓ ⲛ̀ϩ̀ⲱⲓⲙⲓ ⲟⲩⲟϩ
ⲉⲧⲉ̀ϫⲟⲩϣⲧ ⲉ̀ⲧ̀ⲫⲉ ⲉ̀ⲛ̀ϣⲱⲓ ⲡⲉⲙ ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ ⲉ̀ⲡⲉⲥⲏⲧ ⲟⲩⲟϩ
ϩⲛⲡⲡⲉ ⲓⲥ ⲟⲩϫⲁⲕⲓ ⲉⲩⲛⲁϣⲧ ϧⲉⲛ ⲧⲟⲩⲁ̀ⲡⲟⲣⲓⲁ̀.

ⲕⲉⲫ. ⲓ̅.

ⲁ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ ⲉ̀ⲧⲁⲥⲙⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲛ̀ϫⲉ ⲟ̀ⲍⲓⲁⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲉⲩ-

Digitized by Google

Quia noluerunt legem Domini exercituum, et Sanctum Israel irritaverunt.

25. Et indignatus est irâ Dominus exercituum in populum suum, et extendit manum suam super eos, *et* percussit eos: et acerbati sunt montes, et facta sunt cadavera eorum, quasi stercus in medio viae: in his omnibus non aversus est furor *ejus*, sed adhuc manus excelsa.

26. Nunc igitur signum elevabit in nationibus propinquis et procul, *et* sibilabit ad eos ab extremo terrae: et ecce citò leviter venient.

27. Non esurient, neque sitient, neque laborabunt, neque dormitabunt, neque dormient, neque solvent zonas suas à lumbis suis: neque rumpentur corrigiae calceamentorum eorum.

28. Quorum sagittae acutae sunt, et arcus eorum intenti: pedes equorum eorum quasi rupes solida sunt: rotae curruum eorum quasi turbo sunt.

29. Irruunt ceu leo, et astant ceu catuli leonis: et stabunt fortes: apprehendet eum clamans fera: et ejiciet eos, et non erit, qui liberet eos.

30. Et clamabit propter eos in die illa, quasi sonus maris fluctuantis: et aspicient ad coelum sursum, et ad terram deorsum; et ecce tenebrae durae in indigentia eorum.

## CAP. VI.

1. Et factum est in anno, quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum exercituum sedentem super solium



Digitized by Google

ϩⲉⲙⲥⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲟⲩⲣⲟⲡⲟⲥ ⲉϥϭⲟⲥⲓ ⲉϥϣⲛⲟⲩ ⲉⲛϣⲱⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲣⲉ ⲡⲓⲛⲓ ⲙⲉϩ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲉϥϣⲟⲩ.

ⲃ̅. ⲟⲩⲟϩ ϩⲁⲛⲥⲉⲣⲁⲫⲓⲙ ⲛⲁⲩⲟϩⲓ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉϥⲕⲱϯ ⲉⲣⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲅ̅ ⲛ̀ⲧⲉⲛϩ ⲉⲛⲓⲟⲩⲁⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲟⲛⲕⲉ ⲅ̅ ⲛ̀ⲧⲉⲛϩ ⲉⲛⲓⲟⲩⲁⲓ ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲃ̅ ⲙⲉⲛ ⲛⲁϩϣⲱⲃⲥ ⲙ̀ⲡⲟⲩϩⲟ ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲃ̅ ⲛⲁϩϣⲱⲃⲥ ⲛ̀ⲛⲓⲥⲁⲗⲁⲧϫ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁϩϩⲏⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲕⲉ ⲃ̅.

ⲅ̅. ⲉⲩⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ⲟⲩⲁⲓ ⲟⲩⲃⲉ ⲟⲩⲁⲓ ⲙⲙⲱⲟⲩ ⲉⲩϫⲱⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ ⲧⲏⲣϥ ⲙⲉϩ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲱⲟⲩ.

ⲇ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲉⲛϣⲱⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓϩⲟⲛ̀ⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲡⲓϧⲣⲱⲟⲩ ⲉⲧⲁⲩⲱϣϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲙⲙⲟϩ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲭ̀ⲣⲉⲙⲙⲧⲥ.

ⲉ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲛⲓ ϫⲉ ⲱ ⲡⲧⲁⲗⲉⲡⲱⲣⲟⲥ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ϫⲉ ⲟⲩⲛⲓ ⲁⲓⲧⲱⲙⲙⲧ ϫⲉ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ⲟⲩⲣⲱⲙⲙⲓ ⲉ̀ⲟⲩⲟⲛⲧⲁϥ ⲙⲙⲁⲩ ⲛ̀ϩⲁⲛⲥ̀ⲫⲟⲧⲟⲩ ⲉⲩϭⲁϧⲉⲙ ⲟⲩⲟϩ ϯϣⲟⲡ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ϧⲉⲛ ⲑ̀ⲙⲛϯ ⲛ̀ⲟⲩⲗⲁⲟⲥ ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲟⲩⲥ̀ⲫⲟⲧⲟⲩ ϭⲁϧⲉⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲁⲓⲡⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟϥ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲃⲁⲗ ⲉϥϩⲉⲙⲥⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲟⲩⲣⲟⲡⲟⲥ ⲉϥϭⲟⲥⲓ ⲉⲛϣⲱⲓ.

ⲋ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲱⲣⲡ ϩⲁⲣⲟⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲥⲉⲣⲁⲫⲓⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲉⲣⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩϫⲉⲃⲥ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥϫⲓϫ ⲑⲛⲉ̀ⲧⲁϥⲥ̀ϭⲓⲧⲥ ϧⲉⲛ ϯⲉ̀ϭⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲙⲙⲁⲛⲉⲣϣⲱⲟⲩϣⲓ.

ⲍ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϭⲓⲛⲉⲙ ⲣⲱⲓ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲏⲓ ϫⲉ ϩⲛⲡⲡⲉ ⲁ̀ⲫⲁⲓ ϭⲓⲛⲉⲙ ⲛⲉⲕⲥ̀ⲫⲟⲧⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ⲱ̀ⲗⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲁ̀ⲡⲟⲙⲙⲓⲁ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲉⲕⲛⲟⲃⲓ ⲉϥⲉ̀ⲧⲟⲩⲃⲱⲟⲩ.

ⲏ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲧⲥⲙⲏ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉϥϫⲱⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ ϩⲛⲡⲡⲉ ϯⲛⲁⲟⲩⲟⲣⲡϥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲙ ⲉⲧⲛⲁϣⲩⲉ ϩⲁ ⲡⲁⲓ ⲗⲁⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲛⲓ ϫⲉ ϩⲛⲡⲡⲉ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ⲟⲩⲱⲣⲡ ⲙⲙⲟⲓ.

ⲑ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲙⲙⲁϣⲉⲛⲁⲕ ⲁ̀ϫⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲗⲁⲟⲥ ϫⲉ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥ̀ⲙⲏ ⲉ̀ⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲱⲧⲉⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲛⲕⲁϯ ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲉⲧⲉⲛⲉ̀ⲛⲁⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲛⲛⲁⲩ.

ⲓ̅. ⲁϥⲟⲩⲙⲟⲩ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ϫⲉ ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲗⲁⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲟⲩⲙⲁϣϫ ⲁⲩϩ̀ⲣⲟϣ ⲉ̀ⲛ̀ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲙⲁϣⲑⲁⲙ ⲛ̀ⲡⲟⲩⲃⲁⲗ ⲙⲛⲡⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲛⲁⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩⲃⲁⲗ

Digitized by Google

excelsum, *et* elevatum; et plena erat domus gloriâ ejus.

2. Et Seraphim stabant in circuitu ejus: quibus erant sex alae uni, et sex alae alteri: et in duabus quidem tegebant vultum suum, et in duabus tegebant pedes, et in aliis duabus volebant.

3. Clamantes alter ad alterum eorum, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum: plena est omnis terra gloriâ tuâ.

4. Et elevatum est superliminare à voce, quâ clamaverunt, et domus impleta est fumo.

5. Et dixi; O miser ego, quia compunctus sum; quia homo sum labia inmunda habens, et in medio populi labia immunda habentis ego habito: et regem Dominum exercituum vidi oculis meis, sedentem super solium excelsum.

6. Et misit ad me unum de Seraphim; et in manu sua prunam habebat, quam forcipe sumpsit de altari;

7. Et tetigit os meum, *et* dixit ad me, Ecce tetigit hoc labia tua, et auferet iniquitates tuas, et peccata tua purgabit.

8. Et audivi vocem Domini dicentis; Ecce quem mittam, et quis ibit ad populum hunc? Et dixi, Ecce ego, mitte me.

9. Et dixit; Vade, *et* dic populo huic, Auditu audietis, et non intelligetis; et visu videbitis, et non perspicietis.

10. Incrassatum enim est cor populi hujus, et aures eorum graves factae sunt ad audiendum, et suos oculos clauserunt: ne fortè oculis suis videant, et

Digitized by Google

ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲥⲱⲧⲉⲙ ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩⲙⲁϣϫ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲟⲩ-
ⲕⲁϯ ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩϩⲏⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲕⲟⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲓ ⲛ̀ⲧⲁ-
ⲧⲟⲩϫⲱⲟⲩ.

ⲓ̅ⲁ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲏⲓ ϫⲉ ϣⲁ ⲑⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲡ̅ⲥ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉ-
ϫⲁϥ ϫⲉ ϣⲁⲧⲟⲩϣⲱϥ ⲛ̀ϫⲉ ϩⲁⲛⲃⲁⲕⲓ ⲉ̀ⲙⲙⲟⲛ ⲡⲉⲧ-
ϣⲟⲡ ⲛ̀ϧⲏⲧⲟⲩ ⲡⲉⲙ ϩⲁⲛⲏⲓ ⲉⲑⲃⲉ ϫⲉ ⲉ̀ⲙⲙⲟⲛ ⲣⲱⲙⲓ
ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ ⲉⲩⲉ̀ⲥⲟϫⲡϥ ⲉϥϣⲏϥ.

ⲓ̅ⲃ̅. ⲙⲉⲡⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲫ̀ϯ ⲛⲁⲑⲣⲉ ⲛⲓⲣⲱⲙⲓ ⲱⲥⲕ ⲟⲩⲟϩ
ⲛⲏⲉⲑⲛⲁⲥⲱϫⲡ ⲉⲩⲉ̀ϣⲱⲁⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ.

ⲓ̅ⲅ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲗⲓⲛ ⲟⲛ ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲓⲣⲉⲙⲛⲧ ϣⲱⲡⲓ ϩⲓⲱⲧϥ
ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲗⲓⲛ ⲉϥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲉ̀ⲡ̀ϩⲱⲗⲉⲙ ⲙ̀ϕⲏⲧ ⲛ̀ⲟⲩ-
ⲧⲉⲣⲉⲃⲓⲛⲑⲟⲥ ⲡⲉⲙ ⲙ̀ϕⲏⲧ ⲛ̀ⲟⲩⲃⲁⲗⲁⲛⲟⲥ ⲉ̀ⲁⲥϩⲉⲓ
ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲧⲉⲥⲑⲛⲕⲏ.

ⲕⲉⲫ. ⲍ̅.

ⲁ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁ̀ϫⲁⲁϩ
ⲡ̀ϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲓⲱⲁ̀ⲑⲁⲙ ⲡ̀ϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲟ̀ⲍⲓⲁⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲓⲟⲩϫⲁ ⲁϥⲓ̀
ⲉ̀ⲡ̀ϣⲱⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲣⲁⲥⲥⲱⲛ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲁ̀ⲣⲁⲙ ⲡⲉⲙ ⲫⲁⲕⲉⲉ
ⲡ̀ϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲙⲉⲗⲓⲁ̀ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲙ̀ⲡⲓⲥ̅ⲭ̅ ⲁⲩⲓ̀ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲓ̅ⲗⲏⲙ̅
ⲉ̀ϯⲟⲩⲃⲏⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲟⲩϣ̀ϫⲉⲙⲙⲟⲙ ⲛ̀ⲥ̅ⲓ̅ⲧ̅ⲥ̅.

ⲃ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲉⲗ ⲡⲓϣⲏⲓⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲏⲓ ⲛ̀ⲁⲁⲩⲓⲁ ⲉⲩϫⲱⲙ̀-
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲁϥϯⲙⲙⲁϯ ⲛ̀ϫⲉ ⲁ̀ⲣⲁⲙ ⲡⲉⲙ ⲉ̀ⲫⲣⲉⲙ ⲟⲩⲟϩ
ⲁⲥⲧⲱⲛⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲧⲉϥⲯⲩⲭⲏ ⲡⲉⲙ ⲧ̀ⲯⲩⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲉϥⲗⲁⲟⲥ
ⲙ̀ⲫⲏⲧ ⲛ̀ⲟⲩϣ̀ϣⲏⲛ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲓⲁϩϣ̀ϣⲏⲛ ⲁ̀ⲣⲉϣⲁⲛ ⲡⲓ-
ⲑⲛⲟⲩ ⲕⲓⲙ ⲉ̀ⲣⲟϥ.

ⲅ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲉ ⲡ̅ⲥ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲛ̀ⲥⲁⲛ̀ⲁⲥ ϫⲉ ⲙⲙⲁϣⲉⲡⲁⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ
ⲉ̀ϩ̀ⲣⲉⲡ ⲁ̀ϫⲁⲁϩ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲡⲉⲙ ⲫⲛⲉ̀ⲧⲁϥⲥⲱϫⲡ ⲓⲁⲥⲥⲟⲩⲡ
ⲡⲉⲕϣⲏⲣⲓ ϩⲁ ϯⲕⲟⲗⲧⲉⲃⲏⲧⲣⲁ ⲑⲛⲉⲧⲥⲁⲡ̀ϣⲱⲓ ⲙ̀ⲡⲓ-
ⲓⲟϩⲓ ⲙ̀ⲫⲙⲙⲱⲓⲧ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲁϧⲧ.

ⲇ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ϫⲟⲥ ⲡⲁϥ ϫⲉ ⲁ̀ⲣⲉϩ ⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲱⲣϥ ⲟⲩⲟϩ
ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉϩⲟϯ ⲟⲩⲁⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲡⲉ̀ⲣⲉ ⲧⲉⲕⲯⲩⲭⲏ ϣⲱⲡⲓ
ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲁⲧϩⲏ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ϣⲉ ⲃ̅ ⲛ̀ϧⲁⲗⲟⲥ ⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲭ̀ⲣⲉⲙⲙⲧⲥ
ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲅⲁⲣ ⲁϥϣⲁⲛϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲛ̀ϫⲱⲛⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲙ̀-
ⲃⲟⲛ ⲡⲁⲗⲓⲛ ⲟⲛ ϯⲛⲁⲧⲟⲩϫⲟ.

ⲉ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲁ̀ⲣⲁⲙ ⲡⲉⲙ ⲛ̀ϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲙⲉⲗⲓⲁⲥ
ϫⲉ ⲁⲩⲥⲟϭⲛⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲟϭⲛⲓ ⲉⲩϩⲱⲟⲩ ϩⲁⲣⲟⲕ ⲉⲩϫⲱⲙ̀-
ⲙⲟⲥ.

Digitized by Google

auribus suis audiant, et corde suo intelligant, et ad me convertantur, et illos sanabo.

11. Et dixi; Usquequò, Domine? Et dixit; Donec desolatae fuerint civitates, non in eis habitatores sint; et domus eò quòd non sit homo; et terra relinquetur deserta.

12. Post haec longè faciet Deus homines, et qui derelicti fuerint multiplicabuntur super terram.

13. Et iterum pars decima super ipsam erit: et rursum erit in direptionem, quasi terebinthus, et quasi glans quae è siliqua sua excidit.

## CAP. VII.

1. Et factum est in diebus Achaz filii Joatham, filii Oziae regis Juda, ascendit Rason rex Aram, et Phacee filius Romeliae rex Israel, contra Jerusalem, ad oppugnandam eam venerunt; et non potuerunt eam expugnare.

2. Et annunciatum est domui David, dicentes: Consensit Aram cum Ephraem. Et excitata est anima ejus, et anima populi ejus, quasi in sylva lignum, cùm à ventu commoveatur.

3. Et dixit Dominus ed Isaiam; Egredere in occursum Achaz, tu, et qui derelictus est Jasub filius tuus, ad piscinam superioris viae agri fullonis.

4. Et dices ad eum; Observa, igitur ut sileas, et noli timere; neque anima tua infirmetur à his duobus lignis titionum fumantium: cùm enim ira furoris mei fuerit, rursus sanabo.

5. Et filius Aram, et filius Romeliae, quoniam iniverunt consilium malum contra te, dicentes:

Digitized by Google

ϭ̅. ⲭⲉ ⲧⲉⲡⲡⲁϣⲉⲛⲁⲓ ⲉ̀ⲛϣⲱⲓ ⲉ̀ϯⲓⲟⲩⲁⲉⲓ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲥⲁⲭⲓ ⲛⲉⲙⲙⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲧⲁⲥⲑⲱⲟⲩ ϩⲁⲣⲟⲡ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲣ ⲛ̀ϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲃⲉⲛⲗ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲟ ⲉ̀ϩ̀ⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲡ.

ϫ̅. ⲛⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲛⲉ̀ⲧⲉϥϫⲱⲙⲙⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲡ̅ⲥ̅ⲥ̅ ⲥϧⲃⲁⲱⲑ ⲭⲉ ⲛ̀ⲡⲉ ⲡⲁⲓ ⲥⲟϭⲡⲓ ⲟ̀ϩⲓ ⲟⲩⲁⲉ ⲛ̀ⲡⲉϥϣⲱⲡⲓ.

ⲏ̅. ⲁⲗⲗⲁ ⲧⲁⲫⲉ ⲛ̀ⲁ̀ⲣⲁⲙ ⲡⲉ ⲁⲙⲙⲁⲥⲕⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲧⲁⲫⲉ ⲛ̀ⲁⲙⲙⲁⲥⲕⲟⲥ ⲡⲉ ⲣⲁⲥⲥⲱⲛ ⲁⲗⲗⲁ ⲕⲉ ϫ̅ⲉ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ⲥⲉⲙⲟⲩⲛⲕ ⲛ̀ⲭⲉ ⲟ̀ⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲉ̀ⲫⲣⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲗⲁⲟⲥ.

ⲑ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲧⲁⲫⲉ ⲛ̀ⲉ̀ⲫⲣⲉⲙ ⲡⲉ ⲥⲟⲙⲟⲣⲱ ⲟⲩⲟϩ ⲧⲁⲫⲉ ⲛ̀ⲥⲟⲙⲟⲣⲱ ⲛ̀ϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲉⲗⲓⲁⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲧⲉⲧⲉⲛϣⲧⲉⲙⲡⲁϩϯ ⲟⲩⲁⲉ ⲛ̀ⲡⲉⲧⲉⲡⲕⲁϯ.

ⲓ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲁϩⲧⲟⲧϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡ̅ⲥ̅ⲥ̅ ⲉ̀ⲥⲁⲭⲓ ⲡⲉⲙ ⲁ̀ϫⲁϩ ⲉϥϫⲱⲙⲙⲟⲥ.

ⲓⲁ̅. ⲭⲉ ⲁ̀ⲣⲓⲉ̀ⲧⲓⲛ ⲡⲁⲕ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲛⲏⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲡ̅ⲥ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲕⲛⲟⲩϯ ⲉ̀ⲛϣⲱⲕ ⲓⲉ ⲉ̀ⲛ̀ϭⲓⲥⲓ.

ⲓⲃ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲉ ⲁ̀ϫⲁⲥ ⲭⲉ ⲛ̀ⲡⲁⲉⲣⲉ̀ⲧⲓⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲡⲁⲉⲣⲡⲓⲣⲁϩⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲥ̅ⲥ̅.

ⲓⲅ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲁϥ ⲭⲉ ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲡⲏⲓ ⲛ̀ⲁⲁⲩⲓⲁ ⲁⲛ ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲡⲱⲧⲉⲛ ⲡⲉ ⲉ̀ϯ ⲛ̀ⲟⲩⲁ̀ⲩⲱⲛ ⲛ̀ϩⲁⲡⲣⲱⲙⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲱⲥ ⲧⲉⲧⲉⲛϯ ⲛ̀ⲟⲩⲁ̀ⲩⲱⲛ ⲙ̀ⲡⲥ̅ⲥ̅.

ⲓⲇ̅. ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡ̅ⲥ̅ⲥ̅ ⲉϥⲉ̀ϯ ⲡⲱⲧⲉⲛ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲛⲏⲙⲓ ϩⲛⲡⲡⲉ ⲓⲥ ϯⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⲉⲥⲉ̀ⲉⲣⲃⲟⲕⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲥⲉ̀ⲙⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲟⲩϣⲏⲣⲓ ⲉⲧⲉ̀ⲙⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲭⲉ ⲉⲙⲙⲁⲛⲟⲩⲏⲗ.

ⲓⲉ̅. ⲟⲩⲃⲟⲩⲧⲣⲟⲛ ⲡⲉⲙ ⲟⲩⲉ̀ⲃⲓⲱ̀ ⲉϥⲉ̀ⲟⲩⲟ̀ⲙⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉϥⲥⲱⲟⲩⲛ ⲭⲉ ⲉϥⲙⲟⲥϯ ⲙ̀ⲡⲓⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲱⲧⲡ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲁⲑⲟⲛ.

ⲓⲋ̅. ⲭⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲗⲟⲩ ⲥⲟⲩⲱ̀ⲛ ⲟⲩⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ⲓⲉ ⲟⲩⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲁϥⲉⲣⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁ ϯⲡⲟⲛⲏⲣⲓⲁ̀ ⲭⲉ ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲱⲧⲡ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ⲥⲱⲭⲡ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲫⲏ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲉ̀ⲧⲉⲕⲉⲣϩⲟϯ ϧⲁⲧⲉϥϩⲏ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ ⲛ̀ϩⲟ ⲙ̀ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ ⲃ̅.

ⲓⲍ̅. ⲁⲗⲗⲁ ⲫϯ ⲉϥⲉ̀ⲓⲛⲓ ⲉ̀ϫⲱⲕ ⲡⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲡⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲕⲓⲱⲧ ⲛ̀ϩⲁⲡⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟⲩⲓ̀ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲁϥϣ̀ⲗⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲉ̀ⲫⲣⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ ⲓⲟⲩⲁⲥ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲥⲥⲩⲣⲓⲟⲥ.

Digitized by Google

